AUTHOR:

JONGE, LUDOVICUS F. M.

TITLE:

DE S. GREGORII NAZIANZENI CARMINIBUS...

PLACE:

AMSTELODAMI

DATE:

[1910]

Master Negative #

92-81121-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Jonge, Ludovicus Felix Maria de,

De S. Gregorii Nazianzeni carminibus quae inscribi solent Περὶ ἑαυτοῦ disputatio...quam...submittet Ludovicus Felix Maria De Jonge... Amstelodami, Koersen, [1910].

[8],138,[6], p. 24½ cm.

Thesis, Amsterdam, 1910.

447882

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-25-93 INITIALS mg
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE S. GREGORII NAZIANZENI CARMINIBUS QUAE INSCRIBI SOLENT ΠΕΡΙ ΕΑΥΤΟΥ.

L. F. M. DE JONGE S. J.

DE S. GREGORII NAZIANZENI CARMINIBUS QUAE INSCRIBI SOLENT ΠΕΡΙ ΕΑΥΤΟΥ.

DE S. GREGORII NAZIANZENI CARMINIBUS QUAE INSCRIBI SOLENT ΠΕΡΙ ΕΑΥΤΟΥ.

DISPUTATIO INAUGURALIS, QUAM EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI MANUELIS STRAUB, MED. DOCT., IN FAC. MED. PROF. ORD., NOBILLISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI SUBMITTET LUDOVICUS FELIX MARIA DE JONGE AMSTELODAMENSIS DIE XXV MENSIS MAI ANNI MCMX HORA IV

AMSTELODAMI, H. J. KOERSEN.

FRATRIBUS ET SORORIBUS.

Cum ab ipso studiorum academicorum initio id semper ante oculos haberem, ut illi praecipue litterarum nostrarum aetati qua Patres Ecclesiae floruerunt operam darem, finem facturus ex ea argumentum disputationis inauguralis quaesivi. Neque tu, vir clarissime Kuiper, promotor aestumatissime, quaerentem discipulum in alias vias duxisti nisi quas eius ingenio quam maxime congruere diu perspexeras. Quin etiam, quo melius studia haec „patristica" quae dicuntur adgrederer, ipse mihi s. Gregorii Nazianzeni carmina interpretanda proposuisti. Quae profecto neque omnia hac dissertatione neque ex omni qua fieri potuit parte tractavi. Specimen enim est neque iusti et modesti speciminis limites excedere par est. Ad ea igitur carmina quae inscribi solent περὶ ἑαυτοῦ te auctore operam meam restrinxi, quam deinceps, nisi alia negotia obstabunt, ad alia carmina, ad orationes, ad epistulas, ad philosophicam et theologicam eius doctrinam extendere in animo est. Ut autem in elegenda materia ita etiam in conficienda consilium tuum prudens, promptum auxilium nunquam mihi defuerunt. Quare gratias maximas me tibi debere laetus profiteor.

Sicuti vero tu per totum studiorum spatium dux mihi adfuisti benevolentissimus, cui quid debeam et praeter me nemo aestimare poterit neque ipse satis verbis exprimere possum, ita viri clarissimi Valeton, Karsten, Six praeceptores venerandi doctrina et institutione sua adeo me sibi devinxerunt, ut grato animo eos colere non desinam.

Virorum clarissimorum De Boer et Beck lectionibus quidem non interfui operam tamen extremo hoc tempore expertus sum. Quibus pro officio mihi praestito gratias ago.

Caput Primum.

QUID DE S. GREGORII NAZIANZENI STUDIIS POETICIS DICENDUM SIT.

Vix oculis credis, cum virorum doctorum qui de s. Gregorii Nazianzeni carminibus scripserunt varia, immo diversa prorsus et inter se repugnantia iudicia legis. Non enim, quod fere fieri solet in arte omnium difficillima quae in iudicandis carminibus versatur, de altiore vel inferiore tantum gradu ingenii eius poetici agitur, aliis Gregorium maiorem fuisse poetam contendentibus, minorem aliis, sed usque eo dissentiunt viri docti, ut hic Gregorium poetae nomine indignum, ille omnium fere poetarum summum dicendum esse existimet. Cuius equidem certaminis documenta omnia hoc loco recensere nolo. In manibus sunt libri in quibus inveniuntur, eos dico libros, quibus vel de universa graecarum litterarum historia vel de unius Gregorii carminibus agitur. Sed tamen operae pretium est ea saltem referre, quae in hac sententiarum diversitate velut extremas partes tenere videntur, idque eo melius et utilius erit quo recentiores sunt libri in quibus leguntur. Paucis abhinc annis Dubedout Parisiis in lucem edidit librum, cui titulus [1] „De D. Gregorii Nazianzeni Carminibus," de quo libro saepius mihi agendum erit. Nunc id tantum proferam quod de universa poesi Gregoriana vir doctissimus iudicavit. Qui licet initio [2] libri scripserit carmina

[1] De d. Greg. Naz. carminibus. Ern. Dubedout. Parisiis apud Poussielgue 1901. — [2] Pag. 5.

Gregorii „nequaquam primaria ingenii (eius) documenta dicenda" esse, his tamen laudibus extremo libro ea effert: [1] „Quae dixi satis erunt, ut Gregorium etsi non maximis omnium poetis adnumerandum censebis, iis tamen longo sed proximum intervallo esse, immo et principem inter christianos poetas illius aetatis *ceterarumque etiam fortasse* locum obtinere iudices, quem demum, ut alii Theologum, non immerito Gregorium Poetam ego nominavero". Eximia sane laus! Princeps fortasse dicendus est Gregorius inter christianos poetas cuiuscumque aetatis, Dante, Calderon, Tasso, Racine, Vondel, Milton ... Vereor equidem ne quis haec legens miretur, quod poetam adeo egregium, eximium, excelsum tantopere neglexerint tot hominum aetates, ignoraverit media aetas, vix noverit medicaea, una nostra invenerit. Sed ne nostra quidem. Nam ut alios omittam Bardenhewer, [2] qui totam vitam studiis patrologicis quae dicimus impendit, laudato Gregorio oratore de poeta haec addit: „Doch ist Gregors Poesie vielfach nichts anderes als versifizierte Prosa, matt und weitschweifig. Poetischen wert können hauptsächlich nur einige kleineren Stücke elegischen und satirischen Inhalts beanspruchen". Quis unquam talia de aliquo e summis quos modo dixi poetis scribere ausus est? Fieri potuisse, ut hoc vel illud carmen aliquamdiu immo diu ignotum manserit, non ego negabo. Sed poetam qui plus quam XVIII milia versuum scripserit, quibus pari cum summis poetis honore dignus esset, per multa saecula vix paucis tantum hominibus notum fuisse, quis est qui credat? Sensit difficultatem vir doctissimus Benoit, qui quaerit: [3] „Comment se fait-il donc, que tant de trésors soient restés enfouis jusqu'à ce jour dans le linceul d'une langue morte, à peu près inconnus de ceux qui lisent?" Sensit difficultatem, non solvit. Respondet enim: „Il est difficile de donner de ce fait une explication suffi-

[1] Pag. 117. — [2] Bardenhewer, Patrologie[2]. p. 253. Herder. Freiburg 1903. — [3] Benoit, s. Grégoire de Nazianze[2]. Paris, Poussielgue 1884, II. p. 310.

sante; mais l'engouement exclusif pour l'art et la littérature païennes qui, depuis le seizième siècle, a faussé trop souvent la critique moderne, en est indubitablement la principale cause." Quae explicatio quam parum valeat ipse Gregorius nos docet, cuius praeclara eloquentia omni hominum aetati et nota semper fuit et aestumatissima. Quare autem oratoris gloria posteritati tradita est, non tradita poetae? — Verum usque eo laudatores venerunt, ut in Gregorio ante omnia poetam considerandum et colendum esse contendant. Jam vidimus Dubedout scripsisse, Gregorium, ut aliis Theologum, sibi Poetam non immerito dicendum videri. Quae verba, si quid significant, certe hoc significant, Gregorium Nazianzenum, ut posteritati ob eximiam theologiae scientiam κατ' ἐξοχήν theologus visus sit, sic laudato scriptori videri poetam. Itaque singulari etiam capite hanc instituit quaestionem: [1] „qualem sibi Gregorius speciem formamque poesis effinxerit," i. e. „num Gregorius de industria ac consulto genus novum poesis scilicet christianae instaurare sibi proposuerit." Qua quaestione, licet eam solvere non potuerit, haud obscure tamen significavit, Gregorium [2] „iam ab adulescentia sibi proposuisse, ut olim christianam poesim crearet."

Sed de his mox plura. Alium prius audiamus etiam recentiorem scriptorem, et eum quidem, qui de Gregorii carminibus autobiographicis, de quibus nobis agendum est, iudicium tulit. Georg Misch in prima parte libri, qui inscribitur Geschichte der Autobiographie, de s. Gregorio Nazianzeno acturus haec scripsit: [3] „Gregor von Nazianz hat lange Jahre priesterliche Funktionen in seiner kleinasiatischen Heimatstadt erfüllt, er hat in Konstantinopel als Vorkämpfer gegen die Arianer den orthodoxen Glauben zum Siege geführt, er ist Metropolit der Haupstadt und

[1] O. l. pag. 28—35 cp. 2. — [2] O. l. pag. 30. — [3] Georg Misch, Geschichte der Autobiographie. Erster Band. Das Altertum. Leipzig u. Berlin. Teubner 1907. pag. 383.

Vorsitzender einer Synode gewesen, er galt bereits zwei Jahrhunderte nach seinem Tode der Katholischen Kirche als der Theologe unter den Kirchenvätern. *Alle Vorstellungen, welche diese heiligen Kategorien anregen mögen, verwehen vor dem Lebenshauche dieses Menschen.* Andere sind grosze Kirchenfürsten gewesen, andere tiefe theologische Denker: in kirchlichen Kämpfen und Wirken und in religiöser Meditation verlief auch Gregors Leben, aber er war eine subjektive Poetennatur, die für die Erfahrungen der äusseren und inneren Welt das leidenschaftliche Fühlen und Denken hatte, das den künstlerischen Ausdruck des eigenen Lebens zu einer Notwendigkeit macht." Multa deinde profert Gregorii verba, quibus is „sich über den inneren Zwang seiner Produktion ... geäussert (hat), bald mit dem stolzen Bewusztsein seines Künstlertums, bald mit der geteilten Empfindung eines Menschen, der an der Reaktion der harten Wirklichkeit das Unzweckmäszige einer ungezügelten Aussprache erfährt," atque affirmat: „bei Gregor zuerst erwächst die Autobiographie als eine mitverwandte Aüszerung aus einer durch das ganze Leben fortgehenden Dichtung und Schriftstellerei."

His verbis, licet quaedam iis insint vere recteque dicta, vix tamen evitari poterit, ne in errorem quis inducatur. Atque hic non id potissimum improbare volo, quod scripsit vir doctissimus: „er galt bereits zwei Jahrhunderte nach seinem Tode der Katholischen Kirche als der Theologe unter den Kirchenvätern," quamquam neque hoc omnino verum aut accurate dictum est. Nam mortuus est Gregorius Nazianzenus anno 389. Cum autem duobus saeculis post Gregorius papa, qui Ecclesiam rexit ab anno 590 ad annum 604, in prologo partis tertiae libri, quem de Regula Pastorum conscripsit, Nazianzenum citaverit, ut eius verbis doctrinam suam confirmaret, cumque alia huius temporis de Gregorio Nazianzeno testimonia non invenerim, puto virum doctissimum huius summi pontificis verbis adductum

esse ut scriberet: „er galt bereits zwei Jahrhunderte nach seinem Tode der Katholischen Kirche als der Theologe unter den Kirchenvätern." Verum centum quinquaginta annis ante idem iam fecerat Leo Magnus I (440—461) in epistola CLXV; [1] idem patres quoque, qui in concilium oecomenicum, quod anno 431 Ephesi habitum est, convenerunt. Cassianus († 432) de Nazianzeno haec scripsit: [2] „Gregorius, splendidissimum scientiae ac doctrinae iubar, qui cum olim iam vita functus sit etiam nunc tamen auctoritate ac fide vivit, et cum olim iam corpore absit ab ecclesiis, tamen *voce* ac *magisterio* non recedit." Idem aliis verbis s. Augustinus scripsit, [3] qui Gregorii fere aequalis dici potest, habebat enim, cum ille obiit, quadraginta annos et amplius, et ante eum Rufinus, qui Gregorii orationes in latinum sermonem transtulerat, in prologo: [4] „Manifestum namque, inquit, indicium est non esse rectae fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat." Alios multos huius aetatis scriptores et eos quidem summae in ecclesia catholica auctoritatis omitto. Haec enim sufficiunt, ut intellegatur, parum recte Mischii verbis de auctoritate quam apud posteros Theologus Gregorius habuerit iudicatum esse. Sed, ut dixi, non id potissimum significavi, cum scripsi, facile fieri posse ut eius verbis in errorem quis induceretur. Timeo ne qui ea legerit poetam praecipue in Gregorio Nazianzeno quaerendum esse putet. Fuerit sacerdos, fuerit episcopus, fuerit theologicae disciplinae studiosissimus, haec evanescunt, „verwehen vor dem Lebenshauche dieses Menschen," ante omnia Gregorius fuit poeta! Facile autem perspicitur quantopere male sic intellecta Gregorii Nazianzeni vita, ingenium, studia, ad carmina eius recte iudicanda nos impediant, quamque sint ipsius hominis existimationi perniciosa. Quis enim ignorat, se mitiorem et

[1] Patr. Lat. (Migne) 54 col. 1185. — [2] Cass. de Incarnatione VII 23. — [3] Contra Julian. I, 5. — [4] Cfr. Benoit o. l. II pag. 356; Patr. Graec. 35 col. 505 seqq.

aequiorem iudicem esse, si carmina quae tamquam πάρεργα scripta sint, tamquam πάρεργα sibi offerantur, quam si eadem ut praecipua vel saltem graviora ingenii cuiusdam documenta commendentur?

Atque hoc est quo vir doctissimus Misch graviter in Gregorium Nazianzenum peccasse mihi videtur. Quisquis enim, lectis iis quae magno cum studio et amore de poeta nostro scripsit, ipsa carmina legere instituit, is Gregorium monachum, sacerdotem, episcopum, theologum, sanctum, magni vel parvi existimabit, prout de poeta bene vel male iudicaverit, quippe quum „alle Vorstellungen, welche diese heiligen Kategorien anregen mögen, verwehen vor dem Lebenshauche dieses Menschen." At vero quam longe a veritate tum aberit! Si autem Misch vitae Gregorii vel paullo accuratius cognoscendae operam dedisset non utique censuisset, eum carminibus suis et iis quidem autobiographicis praecipue floruisse; neque haec ipsa, quae de se composuit Gregorius carmina tot tantisque laudibus celebrasset, nisi praeiudicata opinione ea legere coepisset. Nam id quo Gregorius Nazianzenus floruit ad theologiam praecipue pertinet, non ad litteras. Non quod non praeclara nobis reliquerit ingenii sui documenta, quibus litteras quoque, oratoriam praesertim artem, et ornavit et auxit, sed per ea et super ea, ut ita dicam, alia erexit, quibus omne suum studium, operam, vires, vitam omnem assidue ita impendit, ut reliqua omnia hisce subici et quasi servire vellet. Quam ob causam de magna Gregorii carminum parte, quae inscribi solet περὶ ἑαυτοῦ scripturus, ante omnia quaerendum esse mihi videtur, quid de Gregorii nostri studiis poeticis dicendum sit.

Una res est, parva ea quidem dictu sed magni momenti, quae Mischium fefellisse videtur, annus quo Gregorius natus est, quem annum 330 fuisse putat. Hoc si recte putasset, aliqua fortasse ratione verisimili in Gregorio invenisset „eine durch das ganze Leben fortgehende

Dichtung," qua etiam atque etiam de se rebusque suis cantasset; carmina saltem, quae Misch citavit, a Gregorio quadraginta, quinquaginta annos nato composita essent. Sed non est ita. Scio equidem celeberrimo certamine eoque saepius iterato de anno, quo Gregorius Nazianzenus natus sit, disputasse viros doctos et eos quidem non parvae auctoritatis, Bollandistas Jesuitas et Benedictinos Maurinos, ut praecipuos tantum dicam, [1] atque etiam hanc litem adhuc esse sub iudice. Nullus tamen unquam exstitit historiae scriptor, quod quidem sciam, qui tam sero natum Gregorium fecerit. Vel ipsum Tillemontium, cuius tamen sententia reiecta ab omnibus iam diu est, Misch superavit cum ille Gregorium anno 329 natum esse putaret. Sed, ut dixi, eum falsum sensisse inter omnes constat idque recte. Nam si Gregorius anno 329 natus esset, quomodo fieri potuerat, ut anno 369/70 [2] — quadraginta annos natus — de senectute sua tam acerbe quereretur in carmine, cui titulus περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν [3], idque non semel sed ter in eodem carmine?

ἤδη μοι πολιόν τε κάρη καὶ ἅψεα ῥικνὰ
ἐκλίνθη βιότοιο πρὸς ἕσπερον ἀλγινόεντος.

et paullo post:

χαλεπὸν δὲ πάθος κατὰ γῆρας ἔχευε
καὶ κύπτω ποτὶ γαῖαν . . .

et tertio: νῦν δ' ὅτε μῦθον ἄγειρα, βίου δ'ἐπὶ τέρμαθ' ἱκάνω . . . quomodo item carmine XLV, [4] quod anno ante [5] scripsit, quomodo epistulis, [6] quomodo orationibus [7] non paucis?

[1] Acta Sanctorum. Vol. XV 368 et vol. XLIII 1—18. (Ed. 1866). — Patr. Gr. 35; v. col. 147 seqq. — [2] Vide cap. 2. pag. 37 seqq. — [3] P. G. 37, col. 969. Carm. I v. v. 305/6, 361, 489. — [4] ib. col. 1377. θρῆνος περὶ τῶν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς παθῶν v. 343. — [5] Vide cp. 2 pag. 44. — [6] Epp. 23, 41, 42. P. G. 37, col. 57, 85, 88. „ὥστε ἂν αὐτὸς ὁ γέρων" — „κρατούμεθα δὲ γήρᾳ καὶ ἀῤῥωστίᾳ." Scriptae sunt hae epp. anno ± 369. — [7] Veluti or. 36 no. 6. P. G. 36, col. 272, anno 380 habita, qua orator dicit: „ἐγὼ γάρ, εἰ μὲν ἀνθρώπινόν τι καὶ μικρὸν ἐννοῶν, ἢ τῆς καθέδρας ταύτης μεταποιούμενος, ἢ τὴν ἀρχὴν ἐπέστην ὑμῖν, μετὰ τῆς πολιᾶς ταύτης, καὶ τῶν ἐῤῥικνωμένων τούτων καὶ χρόνῳ καὶ νόσῳ μελῶν, ἢ νῦν ταύτας φέρω τὰς ἀτιμίας, αἰσχυνόμην ἂν κ.τ.ἑ . . .

Et tamen Misch anno etiam iuniorem senem hunc immaturum fecit! Quod eo magis mirum est quo fusius haec duo carmina tractavit. [1] Versus allati Mischium, qui carmina haec eodem fere tempore condita fuisse putet, [2] cui ego ea adscripsi, fugisse videntur. Quamquam praeter questus illos de senectute etiam carminis argumentum demonstrat poetam iam ad senectutem pervenisse. Totum carmen una velut continua quaedam querimonia est de omnibus malis, quae poetae in „vita spirituali," quae dicitur, acciderant, quam qui in flore aetatis ab eo scriptam esse putet vix intellegere potest. Poeta se post tot animi dolores, quos expertus est, iam nihil aliud esse dicit, nisi truncum arboris, magnae quondam et pulcrae, quam tempestas everterit, cuius pars maior perierit, exiguae supersint reliquiae. [3] Quamvis ergo incertum sit, quo anno Nazianzenus natus sit, hoc tamen procul dubio statui potest, Georgium Misch non recte iudicasse. Hic locus non est, ut causa resumatur. Librum hac dissertatione maiorem eum scribere necesse est, qui vel solam hanc quaestionem de Gregorii Nazianzeni anno natali ita solvere velit, ut ad omnium dubitationes recte respondeatur. Quam ob causam sententiam, quae mihi probabilior immo quae sola probabilis esse videtur, hic sequar. Est autem ea quam P. Stilting exposuit. [4], sucundum quam Gregorius natus est anno circiter 314.

---

[1] Misch. o. l. pag. 292. — [2] ib. pag. 291 in adnot. — [3] Carm. all. vers. 503—546. — [4] Acta Sanct. Vol. XLIII, l. l. Praecipuum tantum argumentum proferam. Dicit G. carm. XI, cui titulus περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον, v. v. 237/9, (P. G. 37, col. 1046) se, cum studiis absolutis Athenis domum rediret, per triginta fere annos studiis operam dedisse:

Τί λοιπόν; ἡ πατρίς τε καὶ βίου τύποι.
καὶ γὰρ πολὺς τέτριπτο τοῖς λόγοις χρόνος,
ἤδη τριακοστόν μοι σχεδὸν τοῦτ' ἦν ἔτος.

Atqui apud omnes v. d. constat, eum rediisse anno 355/6. Studiis igitur incumbere coepit anno circiter 325. Jam vero non agi in carmine de prima institutione apud ludi magistrum neque numerum 30 annorum ad ea tantum studia, quae in academiis prosecutus est, referendum esse patet. Quare puto

Iam vero quid sequatur facile intellegitur. Omnia nimirum Gregorii verba, quae Misch sive e carminibus sive ex orationibus eius citavit, quibus „Gregor sich über den inneren Zwang seiner Produktion geäussert (hat), bald mit dem stolzen Bewusztsein seines Künstlertums, bald mit der geteilten Empfindung eines Menschen, der an der Reaktion der harten Wirklichkeit das Unzweckmäszige einer ungezügelten Aussprache erfährt," omnia carmina, omnes orationes quas protulit non illa vitae aetate dicta vel scripta sunt, cui vir doctissimus ea tribuit, sed singulorum operum annis XVI circiter anni adnumerandi sunt. Atque ita adnumerantibus apparebit, eorum quae e carminibus attulit verborum ac sententiarum nullum ante senectutem, partem longe maiorem a viro morbo et senio confecto, rebus adversis fracto, qui totam vitam aliis rebus impendisset, „τοῖς ἄλλοις καμών", [1] ut ipse dixit, scripta esse. Ex iis igitur non efficitur id quod Misch iis demonstrari putavit. [2] Quod etiam magis, immo ad evidentiam usque apparuerit, si vitam Gregorii ita paucis verbis percurrerimus, ut ad ea potissimum animum advertamus, quae ad eius studia et proposita et carmina pertineant.

Natus est e Nonna [3] matre catholica, patre Gregorio non-

---

eum ab initio aetatis iuvenilis. anno circiter 12—14 litterarum studiis, de quibus loquitur, operam dedisse. Quodsi verum est, natus est inter annos 312—314.

Si res ita se habet, G. anno 369/70 sexaginta fere annos habebat ideoque de senectute sua iam queri potuit carm. XI et XLV. — Alia argumenta desumuntur ex aetate s. Basilii, quem Gregorio iuniorem fuisse constat. Is annis 375, 376, 379 in multis epistulis (apud Migne inter epp. Bas.) ad amicos de senectute sua scripsit. — Item ex aetate parentum Greg., qui anno 374 centum fere annos nati mortui sunt. (or. 7, 4; 8, 5; in patrem. epitaphia in parentes.) Nati itaque erant anno ± 274. Hic autem annus suadere videtur ut Gregorium, qui maximus natus fuerit, potius ante quam diu post a. 312 natum esse existimemus. — Cfr. opp. laudata et etiam Benoit 2. p. 371 seqq.

[1] P. G. 37; carm. XXXIX, v. 34. — [2] Res satis magni momenti est, quia v. d. Nazianzenum habet tamquam perfectum et absolutum totius antiquitatis poetam autobiographum, ad quem lectorem per totum fere librum perpetuo vocat. — [3] Cfr. Act. Sancl. ll. cc. Vitam Greg. a Maurinis

dum ad veram fidem converso Arianzi prope Nazianzum, Cappadociae urbem, quo tempore post alias haereses et cum aliis ariana dissensio animos hominum christianorum, orientalium praesertim, vehementissime commovebat, diviserat misserrime. Iam ab infantia orthodoxae fidei principiis imbutus[1] Deoque consecratus, a viris qui pietate et doctrina insignes erant educatus est. Mox amore litterarum flagrans celeberrimas totius Orientis scholas, Caesareae primum quae in Cappodocia sita est, dein Caesareae Palaestinensis, Alexandriae, Athenis frequentavit, ubi magistros audivit celeberrimos, Carterium, Thespesium, Nemesium, Himerium, Prohaeresium, praeclarum illum rhetorem, quem ipse Julianus Apostata tanti faciebat, ut eum e decreto suo, quo viros christianos[2] a docendi munere excluserat, eximi voluisset. Ille autem ambiguum honorem recusavit et cathedram reliquit. Caillau putare videtur, Gregorium Libanium quoque audisse. Scripsit enim ad epistolam CCXXXVI,[3] quae est schedula quaedam commendatitia, qua mater filium Libanio commendat: „haec epistola ... Libanio sophistae, ut videtur, matris nomine scripta est, *cum Gregorius eius esset auditor*." Sed hoc, mea quidem sententia, Caillau non recte scripsit. Primum, Gregorius nullam unquam huius magistri, omnium qui tum florebant celeberrimi, mentionem facit, cum alios magna cum veneratione commemoret.[4] Dein, licet toties de urbe Constantinopoli, tum in carminibus tum in orationibus agat, nunquam dicit se ibi litteris operam dedisse. Insuper neque ii, qui de Gregorii vita scripserunt, Libanium inter eius magistros enumerant, quem profecto non omisissent, si Gregorius huius rhetoris discipulus fuisset. Nam s. Basilium, s. Joannem

---

scriptam P. G. 35, col. 147—242; Benoit o. l.; Carm. hist. praesertim XI; Epp. Greg., P. G. 37, col. 23 seqq.

[1] Carm. XI v. 98 seqq. — [2] Benoit, o. l. I pag. 50. Cf. Paul Allard, Julien l'Apostat. Paris[3] 1900. V. Lecoffre II. pag. 367. — [3] P. G. 37, col. 379/80. — [4] Veluti P. G. 38, col. 12, 13, 70.

Chrysostomum, alios summos viros christianos e Libanii discipulis fuisse gloriantur, qui eorum vitas vel historiam huius aetatis scripserunt. At, quid tum de hac schedula, cuius haec sunt verba: Λιβανίῳ σοφιστῇ· Μήτηρ πατρὶ πέπομφα παῖδα, ἡ κατὰ φύσιν τῷ κατὰ λόγους. Ὅπως οὖν μοι μελήσῃ σοι μελήσει? Non agi in ea de Gregorio eiusque matre puto. Nam licet inter Gregorii epistolas inveniatur, vix tamen ei attribui potest. Matris enim verba sunt non filii, neque mihi persuadere possum ut credam, id quod scripsit Caillau, Gregorium matris nomine has litteras scripsisse. Quae cum nobili genere orta esset huiusmodi litteras commendatitias sine dubio ipsa scribere et potuit et voluit. Sed matrem christianam, quae sanctarum fastis adscripta est, in epistola, quam ad virum non christianum saeculo quarto mitteret, hac veluti matrimonii imagine usam esse non puto. Dein neque Gregorii neque Nonnae matris nomen in ea legitur. Dicendum igitur esse videtur hanc schedulam ab iis scriptam non esse, aut si a Gregorio scripta sit, amicorum quorundam nomine scriptam esse, ut nonnunquam fecit, puta in carminibus quibus tituli[1] „Nicobulus filius ad patrem" et „Nicobulus pater ad filium."[2]

Saepe Gregorius multo etiam post quam studia absolvit, immo senex cum iam erat, amorem quo iuvenis artes liberales studiosissime coluerat cum quodam animi ardore narravit:

μοῦνον ἐμοὶ φίλον ἔσκε λόγων κλέος οὓς συνάγειραν

---

[1] P. G. 37; col. 1505 seqq. et 1521 seqq. — [2] Scripsit Hieronymus: (De viris illustribus liber ad Dextrum, CXVII. P. L. Migne 23, col. 709.) „Secutus est (G.) Polemonem dicendi charactere," et Suidas: „ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι, τοῦ σοφιστεύσαντος ἐν Σμύρνῃ, ὃς ἐγεγόνει διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος." — Greg. tamen huius rhetoris discipulum non fuisse patet. Cfr. iudicium Erasmi: „Tota vero phrasis nonnihil accedit ad structuram Isocraticam." Epist. in edit. cl. Chevallonii an. 1532, apud Migne o. l. col. 309.

ἀντολίη τε δύσις τε,[1] πολὺν χρόνον...[2]
cantavit anno 369/70 et anno 381:

τῶν λόγων δ' ἔρως ἐμέ
θερμός τις εἶχε.[3]

Alia omitto praeter ea quae in Julianum scribere non dubitavit. „πολλῶν γὰρ, inquit, καὶ δεινῶν ὄντων, ἐφ' οἷς ἐκεῖνος (Julianus) μισεῖσθαι δίκαιος, οὐκ ἔστιν ὅτι μᾶλλον ἢ τοῦτο παρανομήσας φαίνεται (nimirum quod viros christianos a litteris docendis summoverat). καί μοι συναγανακτείτω πᾶς ὅστις λόγοις χαίρων καὶ τῇ μοίρᾳ ταύτῃ προσκείμενος, ὧν εἶναι καὶ αὐτὸς οὐκ ἀρνήσομαι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα παρῆκα τοῖς βουλομένοις, πλοῦτον, εὐγένειαν, εὔκλειαν, δυναστείαν.... τοῦ λόγου δὲ περιέχομαι μόνου· καὶ οὐ μέμφομαι χερσαίοις τε πόνοις καὶ θαλασσίοις, οἵ τούτους μοι συνεπόρισαν. ἐμοὶ γοῦν εἴη καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλος τὸ τῶν λόγων κράτος· ὃ πρῶτον μετὰ τὸ πρῶτον ἠσπασάμην τε καὶ ἀσπάζομαι, τὰ θεῖα λέγω.... ὥστε εἰ τὸ οἰκεῖον πιέζει πᾶν,[5] κατὰ Πίνδαρον, ἀναγκαῖος ὁ περὶ τούτων ἔμοιγε λόγος."

Sed simul cum litteris humanis sacris quoque litteris incumbebat „βίβλων τ' ἔχαιρον ταῖς θεοῦ συνηγόραις".[6] Quin etiam humanas non alia mente prosecutus est, nisi ut eloquentia, doctrina, omnium rerum cognitione clarus sacras litteras adversus rhetores et sophistas defenderet:

καὶ γὰρ ἐζήτουν λόγους
δοῦναι βοηθοὺς τοὺς νόθους τοῖς γνησίοις,
ὡς μήτ' ἐπαίροινθ' οἱ μαθόντες οὐδὲ ἓν
πλὴν τῆς ματαίας καὶ κενῆς εὐγλωττίας,
. . . .

[1] Graecis tantum litteris operam dedit non latinis. Scripsit enim in epist. 173 ad Postumianum (P. G. 37; col. 281.) „ὀφηλὸς εἶ τὴν παίδευσιν, καὶ ταύτην ὁποτέραν βούλει, καὶ εἰς ὅτι βούλει τῶν λόγων εἶδος. τῆς μὲν γὰρ κλέος οἷον ἀκούομεν (οὐ γὰρ Ῥωμαϊκός τις ἐγὼ τὴν γλῶτταν, οὐδὲ τὰ Ἰταλῶν δεινός,) τῆς δὲ πεπειράμεθα." — [2] Carm. I, v. 96 seqq. — [3] Carm. XI, v. 113. — [4] Or. IV P. G. 35, col. 656. — [5] Nem. I, 52. Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς. — [6] Carm. XI, v. 99.

μήτ' ἐνδεοίμην πλεκτάναις σοφισμάτων.[1]

Ob hanc quoque causam nunquam recusavit quin horum studiorum patronus et quasi promotor esset. Supersunt epistulae[2], quibus magnae spei adulescentes amicis suis et praeceptoribus commendat, supersunt duo carmina,[3] quorum altero Nicobuli filii nomine patrem Nicobulum rogat, ut filium litteris et eloquentiae studendi causa in academiam quandam mittere velit, altero nomine patris cum filio veniam impretratam communicat. Nullo autem loco neque orationum neque epistularum neque carminum, quantum quidem ego scio, apertius et definitius docuit, quid haec studia spectare debeant, quam iis verbis, quae ad Seleucum scripsit:[4]

καὶ τὴν μάθησιν τῶν παρ' Ἕλλησι λόγων,
ὥσπερ δικαστής, ἔννομον ψῆφον φέρων,
ὑπηρετεῖσθαι τάξον, ὡς ἐστὶ πρέπον,
τῇ τῶν ἀληθῶν δογμάτων παῤῥησίᾳ,
τῇ πανσόφῳ τε τῶν Γραφῶν θεωρίᾳ.
καὶ γὰρ δίκαιον τὴν σοφίαν τοῦ Πνεύματος,
δέσποιναν εἶναι τῆς κάτω παιδεύσεως,
ὥσπερ θεραπαίνης, μὴ μάτην φυσωμένης,
ὑπηρετεῖν δὲ κοσμίως εἰθισμένης.
τῇ τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡ κάτω δουλευέτω.

Athenis, in qua urbe optimus quisque huius aetatis orator eloquentiae magistros aliquandiu audire cupiebat, multorum virorum, qui postea sive in republica sive in ecclesia floruerunt, consuetudinem et amicitiam contraxit. Inter quos erant Hellenius, Sophronius, Julianus quaestor, Celsius et praeter ceteros Basilius Magnus, alterum illud e Cappadocia ortum universalis ecclesiae lumen. Ipse Gregorius in praeclara illa, quam in s. Basilum habuit, oratione funebri nobis vitam communem, labores, excerci-

[1] Carm. XI, v. 113—120. — [2] Ep. 37 ad Sophronium, 38 ad Themistium, 167 ad Helladium, 174 ad Eudoxium rhetorem. Cfr. Epp. 174, 188, 189. P. G. 37. — [3] P. G. 37, col. 1505 seqq. Carm. IV et V. — [4] P. G. 37; col. 1592/3.

tationes, studia communia narravit.[1] „ἴσαι μὲν ἐλπίδες ἦγον ἡμᾶς, πράγματος ἐπιφθονωτάτου, τῶν λόγων· φθόνος δὲ ἀπῆν, ζῆλος δὲ ἐσπουδάζετο. ἀγὼν δὲ ἀμφοτέροις, οὐχ ὅστις αὐτὸς τὸ πρωτεῖον ἔχοι, ἀλλ' ὅπως τῷ ἑτέρῳ τούτου παραχωρήσειεν· τὸ γὰρ ἀλλήλων εὐδόκιμον ἴδιον ἐποιούμεθα." Quod autem in studiis idem in amicitia quaesivit:

> ὃ δ' εἰς ἓν ἡμᾶς διαφερόντως ἤγαγε
> τοῦτ' ἦν· Θεός τε καὶ πόθος τῶν κρεισσόνων.[2]

Ex his quae de Gregorii studiis adhuc dicta sunt patet, quam incerta sit argumentatio, qua Dubedout demonstrasse sibi visus est, Gregorium „iam ab adulescentia sibi proposuisse, ut novum genus poesis sc. christianae instauraret." Sic enim ille:[3] „Immo et habemus ipsum fatentem. Iam ab adulescentia, inquit, id quaerebam, ut veras falsis litteris adiuvarem, καὶ γὰρ ἐζήτουν λόγους δοῦναι βοηθοὺς τοὺς νόθους τοῖς γνησίοις. Quo quidem Gregorium nullo modo hic doctrinam tantum antiquam ad pedes Christi prosternere intellegas velim ... verum, ut opinor, de sermone veterum formisque omnibus cogitat, quibus res christianas exprimere aut illustrare cupit. Quod si tu illum eloquentiam significare contenderis, neque id ego abiecerim, modo diligenter attendas poetam nostrum ea in poemate quodam dixisse, cum iam nihil aliud fere quam versus saperet, ideoque illum idem de poesi ac de eloquentia consilium, profecto non habere nequivisse." Profecto audacius id asseruit vir doctissimus vi ac notione nominis quod est λόγος magis quam par erat neglecta. Quid enim? Gregorium his verbis significare quidem se iuvenem eloquentiam et doctrinam praesertim quaesivisse, eum vero, *quia* SENEX haec verba scripsisset et quia extrema senectute nihil aliud fere nisi versus saperet, *ideo* IUVENEM idem de poesi ac de eloquentia consilium non habere nequivisse. Brevius Dubedout idem scribere potuerat hoc

---

[1] Or. XLIII n. 20. P. G. 36, col. 521. — [2] Carm. XI, V. 231. — [3] O. l. pag. 30.

modo: Gregorius senex carmina fecit, ergo iam ab adulescentia sibi proposuerat, ut novum genus poesis instauraret! Verba autem Gregorii quae attulit, quomodo interpretanda sint, iam vidimus. Ea enim proxime sequuntur haec quae supra protuli[1]

> ὡς μήτ' ἐπαίροινθ' οἱ μαθόντες οὐδὲ ἓν
> πλὴν τῆς ματαίας καὶ κενῆς εὐγλωττίας,
> . . . .
> μήτ' ἐνδεοίμην πλεκτάναις σοφισμάτων.

i. e.[2] „ne sese efferrent, qui nihil aliud didicerunt nisi vanam et inanem elocutionem ... neve ipse nexibus sophismatum implicarer." Eloquentiae igitur mentionem facit et doctrinae, de poesi vero ne verbum quidem dicit. Porro interpretanda sunt iis quoque, quae studiis absolutis egit. Hoc nimirum, si in Gregorio omnia, quae gessit, „verwehen vor dem Lebenshauche dieses Menschen," si „iam ab adulescentia sibi proposuit, ut poeta christianus fieret," hoc inquam mirum valde est, quod nullum nobis e toto tempore, quo litteris sive discendis sive docendis occupatus erat, carmen reliquit. Quin etiam Dubedout post alios, qui de Gregorii carminibus scripserunt, contendit eum ante annum 371, quo anno iam de senectute sua questus est, nullum omnino carmen condidisse.[3] Sed neque de huiusmodi proposito apud poetam nostrum vel quidquam invenitur. Putat Dubedout se[4] „multis explicare rationibus posse, quare tacuerit .... Primum enim tot ac tantis negotiis

---

[1] Vide pag. 12. — [2] Transl. Caill, P. G. l. l. — [3] Apparet non intellegi carmina, quae Gregorius fortasse sive excercitii causa sive amicorum gratia scripserit, sed ea tantum quae quomodocumque in lucem edita nobisque tradita sint. Sane iuvenem graecum, saeculo 4 p. C. natum, poetico ingenio praeditum, uti omnia eius opera ostendunt, qui per triginta fere annos magno cum animi ardore litteris operam dedit, qui poetas antiquos tam assidue legit ut omnia eorum carmina memoria tenuisse videatur, qui senex XVIII milia versuum scripsit, tempore quo studiis incumberet nonnunquam saltem carmina quaedam condidisse, id, nisi vehementer fallor, nemo negabit. — [4] Dubedout, o. l. pag. 28.

implicabatur, ut vix per tempus carmina condere, per dignitatem vero minime liceret... Ad haec mos accedebat quem haeretici iam pridem invexerant, errores suos per cantilenas seu carmina disseminandi et plebeculae auribus mentibusque instillandi. Quibus artibus Gnostici Arianique multorum animos corruperant et magni illius Athanasii famam aspergere calumniis aut conatus frangere moliti erant. Insuper et nonnulli verebantur, ne Christiani ob illecebras poesis, veterum libris legendis plus aequo incumberent." Ne singulis rationibus refellendis longus fiam, pauca tantum adnotare mihi liceat. Primum, ad duas quas Dubedout posteriore loco attulit rationes quod attinet, meo iure rogo cur, *si* Gregorio viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta annos nato obstiterunt quominus versus faceret, cum sexaginta annos natus erat, non obstiterint? Erant sane et tum haeretici, Apollinaristas dico, „qui errores suos per cantilenas disseminarent," erant et tum qui „magni cuiusdam episcopi famam aspergere calumniis aut conatus frangere" molirentur. Verum usque eo Gregorius ob huiusmodi rationes versus non scripsit, ut vel maxime ob eas scripserit! Non pauca sunt carmina, quibus tituli κατὰ Ἀπολλιναρίου, πρὸς τοὺς φθονοῦντας, πρὸς Μάξιμον, [1] qui omnes aut haerctici aut Gregorio inimici erant, non pauca alia in quibus aperte dicit, se scribere, ut se defendat ab iis, qui famam suam calumniis aspergere conentur, veluti [2] carm. XI „τοῦ μὴ καθ' ἡμῶν ἰσχύσαι ψευδεῖς λόγους". In carmine XXXIX [3] quo quibus rationibus adductus sit exponit, ut versus faceret, quattuor affert causas, quarum duae ad rem nostram pertinent:

Δεύτερον δὲ τοῖς νέοις,
καὶ τῶν ὅσοι μάλιστα χαίρουσιν λόγοις,
ὥσπερ τι τερπνὸν τοῦτο δοῦναι φάρμακον,
πειθοῦς ἀγωγὸν εἰς τὰ χρησιμώτερα,

[1] P. G. 37, col. 463, 1026(2), 1243, 1270, 1338, 1339. — [2] ib. col. 1033, v. 45. — [3] ib. col. 1329, v. 33 seqq.

τέχνῃ γλυκάζων τὸ πικρὸν τῶν ἐντολῶν.
. . . .
τρίτον πεπονθὼς οἶδα πρᾶγμα μὲν τύχον
μικροπρεπές τι, πλὴν πέπονθ', οὐδ' ἓν λόγοις
πλέον δίδωμι τοὺς ξένους ἡμῶν ἔχειν.

Fecit igitur idem quod haeretici, idem quod pagani! [1] — Sed neque prima ratio, qua Dubedout explicari posse putavit, quare Gregorius tacuerit, multum valere videtur. „Tot ac tantis negotiis implicabatur, ut vix per tempus carmina condere, per dignitatem vero minime liceret." Verum usque ad annum 357, quo anno monasticae vitae nomen dedit, aliis negotiis implicatus non erat nisi litteris et eloquentiae sive discendis sive docendis, quae quominus versus faceret minime ei impedimento esse potuerunt. Ipse Gregorius, ut postea demonstrare conabor, [2] dixisse videtur se hoc vitae tempore carmina nonnulla composuisse. Quod autem addidit Dubedout, Gregorio „carmina condere *per dignitatem* minime licuisse," hoc quid sibi velit, non intellego. Nam ipse vir doctissimus post alios putat, [3] Gregorium anno 372, i. e. anno quo ad episcopales honores provectus est, primum carmen suum condidisse, deinde cum Constantinopolitanae ecclesiae praeesset, alia quaedam. Dicendum ei ergo potius erat, Gregorium carmina sua non ante scripsisse, quam sibi per dignitatem licuisset. — Postremo, supersunt Gregorii 244 epistulae, inter quas plurimae inveniuntur, quibus de se rebusque suis cum amicis egit. Quis autem, quaeso, sibi persuadere potest ut putet, Gregorium, si revera a iuventute sibi proposuisset ut christianam poesim crearet, nunquam huiusmodi propositum cum amicis communicaturum fuisse? Homerum [4] Pindarum

[1] Cfr. ep. 101 ad Cledonium (P. G. 37, col. 176—193): „Εἰ δὲ οἱ μακροὶ λόγοι (carmina Apollinistarum intellegit), καὶ νέα ψαλτήρια, καὶ ἀντίφθογγα τῷ Δαβίδ, καὶ ἡ τῶν μέτρων χάρις ἡ τρίτη διαθήκη νομίζεται, καὶ ἡμεῖς ψαλμολογήσομεν, καὶ πολλὰ γράψομεν καὶ μετρήσομεν." — [2] Vide cap. 2, pag. 43. [3] O. l. pag. 19. — [4] Hom. ep. 5, 10, 30, 44, 46, 70, 71, 156, 166, 176, 190, 230, 240; Pind. 9, 10, 114, 173, 204; Hesiod. 195; Eurip. 11, 15, 203; Aristoph.

Euripidem Hesiodum Callimachum Antimachum Aristophanem alios poetas protulit, de litterarum studiis saepissime egit, quid igitur propius ei fuisset quam ut de suo quoque versuum scribendorum desiderio nonnunquam saltem aliquid adiceret? Et tamen in tanta epistularum copia ne verbum quidem de hoc proposito legimus. Semel tantum idque in epistula modo [1] allata, quam paucis annis ante mortem ad Cledonium misit, nonnullorum carminum mentionem fecit. Sed tantum abest, ut his litteris effici possit, Gregorium iam a iuventute de carminibus condendis cogitasse, ut potius probare videantur eum admodum senem animum induxisse, ut versus scriberet.

Postquam anno 355/6 Athenis domum rediit perfectus orator et tantam iam gloriam adeptus ut dicere [2] non dubitaverit, sibi et Basilio Athenis degentibus contigisse „ἐπισήμοις μὲν εἶναι .... παρὰ τῇ Ἑλλάδι πάσῃ, καὶ ταύτης μάλιστα τοῖς γνωριμωτάτοις· ἤδη δὲ καὶ μέχρι τῆς ὑπερορίας προήλθομεν," aliquandiu Nazianzi eloquentiae magister prodiit, ut amicis gratum faceret, [3] sed mox recordatus consilii quod Athenis cum Basilio inierat [4]

κόσμον μὲν ὡς πόρρω βαλεῖν,
αὐτοὺς δὲ κοινὸν τῷ θεῷ ζῆσαι βίον,
λόγους τε δοῦναι τῷ μόνῳ σοφῷ Λόγῳ,

huiusque frequentibus epistulis [5] excitatus, „μικρὰ τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενος," [6] in Pontum se contulit, quo monasticae vitae nomen daret. Ibi asceticae vitae rationi incumbens, rebusque divinis contemplandis ac meditandis

178; Theogn. 13; Callim. 233, 235; Antim. 44. Ad litterarum studia huius aetatis melius cognoscenda Greg. epistulae uberrimum fontem praebent. Oratorum quoque et philosophorum dicta non raro attulit, veluti Lysiae ep. 181, Demosthenis 32, Democriti 178, Diogenis 32, 98, Pythagorae 11, 198, Platonis 24, 31, 178, Aristotelis 32, 234, Anaxarchi 32, Epicteti 32. Omitto innumeros locos s. Scripturae.

[1] Cfr. adnot pag. 17. Scripta est haec ep. anno 382/1. — [2] Or. 43 no. 22; P. G. 36, col. 525. — [3] P. G. 37, col. 1048. — [4] Carm. XI v. 479/81. — [5] Cfr. ep. 1, 2; P. G. 37, col. 21. — [6] Or. 43 no. 25; P. G. 36, col. 529.

tot tantisque coelestibus deliciis — quales expertus tantum novit — fruebatur, ut postea vitae sollicitudinibus et negotiis tum civilibus tum ecclesiasticis implicatus eas desiderare non desierit. „Τίς δώσει, scripsit ad Basilium, [1] τὰς ψαλμῳδίας ἐκείνας καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τὰς δι' εὐχῆς πρὸς θεὸν ἐκδημίας, καὶ παράθηξιν, ἣν ὅροις γραπτοῖς καὶ κανόσιν ἠσφαλισάμεθα; τίς θείων λογίων φιλοπονίαν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς εὑρισκόμενον, σὺν ὁδηγίᾳ τοῦ Πνεύματος; — Quid autem de consilio novi poesis generis instaurandi? Versus nonnullos, admodum paucos, eum scripsisse ego quidem non negabo, negat Dubedout. Et tamen neque tempus ei deerat, neque negotia impedimento erant, neque honores ecclesiastici obstabant. Sed

πρῶτον δὲ τοῦτο φιλοσοφῆσαι προυθέμην,
ῥῖψαι θεῷ καὶ τἄλλα καὶ πόνους λόγων. [2]

Profecto, si Misch et Dubedout, haec aliave huiusmodi verba legissent, puto eos de Gregorio poeta aliter scripturos fuisse.

Praeterlapsis aliquot annis in patriam redire coactus sacerdos consecratus est a patre, qui postquam anno 325 ad verum Deum erat conversus ecclesiae Nazianzenae episcopus praeerat. Cui dein in regenda ecclesia adstitit. Res praeclare gestas, quibus Gregorius Nazianzenus ab hac potissimum consecrationis suae die optime de Ecclesia Christi meritus est, non enarrabo. Notae enim sunt atque ut ostendam eum potius omnibus aliis rebus floruisse quam carminibus quae condidit, satis est eas summatim recensuisse. Nazianzi populum docuit, inter Cappadociae episcopos pacem ter quaterve composuit, imperatoribus, Iuliano qui post alias res infense in Christianos gestas milites miserat ad Nazianzenam ecclesiam occupandam, cum patre, Valenti ariano qui ipse furore accensus Caesareae in ecclesiam irruperat, cum Basilio fortiter et audacter restitit. [3] In conciliis

[1] Ep. 6; P. G. 37, col. 29. — [2] Carm. XI v. 270/1. — [3] Cfr. de his rebus praeter opera laudata praesertim Gregorii epistulas. P. G. 37, col. 32. seqq. In

praesens vel per litteras sententiam dixit; monachos dissidentes ob subscriptam a Nazianzeno episcopo „fidei formulam haeresi, ut aiunt, suspectam," reconciliavit; effecit, ut s. Basilius post Eusebii mortem Caesareae episcopus crearetur; populum seditione commotum composuit, ut ei ignosceretur impetravit. Cum summis viris, Gregorio Nysseno, Amphilochio, Eusebio, Basilio, Martiniano, qui princeps senatus fuisse videtur, aliis de summis rebus egit. Sasimorum episcopus invitus est consecratus, ubique magnum in ecclesia et in civitate eloquentiae,[1] doctrinae, fidei promovendae studii, sanctitatis nomen sibi comparavit. Interea iterum atque iterum solitudinis amantissimus in deserta fugit loca, donec anno 374 patre Gregorio mortuo Seleuciam se contulit, ubi per quinque continuos annos ab honoribus et oneribus liber monachus vixit.

Sed neque tum ingenio usque indulgere potuit. Nam postquam Gratianus imperator decreto, quod Sirmii edidit, Catholicis religionis excercendae libertatem reddidit, cogitari coeptum est de eligendo viro, qui ecclesiae Constantinopolitanae diutius iam episcopo orbatae praeesset. Difficilia erant tempora periculisque plena, in discrimen redacta fides orthodoxa, extinctus paene numerus hominum catholicorum. Tum omnium[2] oculi in s. Gregorium se converterunt, illustrem anachoretam Isauricum, qui solus labefactatam ecclesiam restituere posse videbatur. Non tantum ipsi catholici

carminibus autobiographicis de iis ne verbum quidem dixit. — Vide etiam P. Allard o. l. I, pag. 113 seqq. „La situation sociale et politique des évêques."

[1] Cfr. praeclarum testimonium, quod Philostorgius arianus Gregorii Nazianzeni eloquentiae et doctrinae reddidit, (apud Suidam s. v.) quo inter alia haec leguntur: „Τρεῖς δὴ οὗτοι τότε ἄνδρες (Gregorius, Basilius, Apollinarius) τοῦ ὁμοουσίου προὐμάχουν κατὰ τοῦ ἑτερουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. Τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπιπλεῖστον οὗτοι προεληλύθησαν, καὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐντέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Γρηγόριος.... καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλιναρίου μὲν ἁδρότερος, (Gregorius dicendi genere) Βασιλείου δὲ σταθερώτερος." — [2] Benoit, o. l. II, pag. 9.

Constantinopolitani sed etiam episcopi, tum qui Thraciae ecclesias regebant, tum qui in concilium Antiochenum convenerant, eum rogaverunt ut veniret. Veluti avulsus a carissima solitudine profectus est:[1]

ἄνω καθήμενόν με τῶν δρωμένων,
καὶ νοῦν μόνοις μίγνυντα τοῖς νοουμένοις,
ῥίψαντα δόξαν, κτῆσιν, ἐλπίδας, λόγους,
τὸ μὴ τρυφᾶν τρυφῶντα, καὶ μάζῃ στενῇ
βίον γλυκαίνονθ', ὕβρεως ἐλεύθερον,
(ἢ πάντα δεῖ σε προσδοκᾶν, κἂν ᾖς σοφὸς)
παρ' ἐλπίδας τις τῶν καλῶν ἀποσπάσας
ἔκδημον ἤγαγε,

et in media proiecit certamina.[2] Neque enim otio cum

[1] Carm. XII, v. 71/8. — [2] Anno 379. Xaverius Hürth in dissertatione, quam de Greg. Naz. orationibus funebribus scripsit (Argentorati, Truebner. 1907) pag. 60 haec adnotata habet: „Omnes viri docti, qui de Gregorio egerunt, consentiunt eum anno demum 379 Constantinopolim pervenisse ... tamen potest demonstrari Gregorii ipsius verbis, eum iam ante 379 in illa urbe fuisse. Dicit enim (orat. XLIII in Bas. cp. 2.) ὑπομνήσω δ' οὖν ὅμως, ὧν μεταξὺ περὶ τὸν ἀληθῆ λόγον ἠσχολήμεθα κινδυνεύοντα καλῶς βιασθέντες καὶ κατὰ Θεὸν ἴσως ἔκδημοι γεγονότες, καὶ οὐδ' ἀπὸ γνώμης ἐκείνῳ τῷ γενναίῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ (i. e. Basilio); cui consentit vita Gregorii a *Gregorio presbytero* confecta (Migne 35, 276): „Καὶ τοιαύτῃ παρακελεύσει κινήσας τὸν ἄνδρα εἰς τὸ Βυζάντιον ἀποστέλλει ... ὃ δὲ αὐτίκα Βασιλείου τοῦ μεγάλου φωστῆρος τὴν ὁρμὴν αὐτῷ συνεπιτείνοντος καὶ πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας ἀλείφοντος ἄλλων τε πλείστων ἀρχιερέων .... ἀντιβολούντων .... τῇ βασιλίδι παρῆν." Ut haec argumentatio intellegatur, sciendum est, s. Basilium Kal. Jan. a. 379 mortuum esse. Si igitur Gregorius iam Constantinopoli erat, cum Basilius obiit, id quod ipse dicere videtur, (ἔκδημοι γεγονότες), porro si suadente Basilio Constantinopolim profectus est, ut utriusque Gregorii verba testantur, Gregorium Nazianzenum iam „ante annum 379 in illa urbe fuisse" putandum est. Sed primum, quod attinet ad verba huius Gregorii presbyteri, multis locis temporis rationem et rectum rerum ordinem adeo male servavit, ut non facile sit ei fidem tribuere. Gregorii nostri iteratos in Pontum secessus ita narrat quasi semel tantum eo se contulisset; fugam eius post susceptum sacerdotium confundit cum ea, qua evitare voluit ne episcopus crearetur (Cfr. Act. Sanct. Mai. II, 370 E et passim). Quin etiam in enarranda celeberrima hac Constantinopolitanae Ecclesiae praefectura, eum per longum tempus, *duodecim annos*, in illa urbe degisse scripsit: „Χρόνον δὲ πλεῖστον τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἀπολειφθέντος διὰ τὴν ἐν τῇ βασιλίδι διατριβὴν (δύο γὰρ καὶ δέκα ἔτη λόγος αὐτον ἐν τῷ Βυζαντίῳ πεποιηκέναι"), cum constet, eum vix tres annos

praesens vel per litteras sententiam dixit; monachos dissidentes ob subscriptam a Nazianzeno episcopo „fidei formulam haeresi, ut aiunt, suspectam," reconciliavit; effecit, ut s. Basilius post Eusebii mortem Caesareae episcopus crearetur; populum seditione commotum composuit, ut ei ignosceretur impetravit. Cum summis viris, Gregorio Nysseno, Amphilochio, Eusebio, Basilio, Martiniano, qui princeps senatus fuisse videtur, aliis de summis rebus egit. Sasimorum episcopus invitus est consecratus, ubique magnum in ecclesia et in civitate eloquentiae, [1] doctrinae, fidei promovendae studii, sanctitatis nomen sibi comparavit. Interea iterum atque iterum solitudinis amantissimus in deserta fugit loca, donec anno 374 patre Gregorio mortuo Seleuciam se contulit, ubi per quinque continuos annos ab honoribus et oneribus liber monachus vixit.

Sed neque tum ingenio usque indulgere potuit. Nam postquam Gratianus imperator decreto, quod Sirmii edidit, Catholicis religionis excercendae libertatem reddidit, cogitari coeptum est de eligendo viro, qui ecclesiae Constantinopolitanae diutius iam episcopo orbatae praeesset. Difficilia erant tempora periculisque plena, in discrimen redacta fides orthodoxa, extinctus paene numerus hominum catholicorum. Tum omnium [2] oculi in s. Gregorium se converterunt, illustrem anachoretam Isauricum, qui solus labefactatam ecclesiam restituere posse videbatur. Non tantum ipsi catholici

carminibus autobiographicis de iis ne verbum quidem dixit. — Vide etiam P. Allard o. l. I, pag. 113 seqq. „La situation sociale et politique des évêques."

[1] Cfr. praeclarum testimonium, quod Philostorgius arianus Gregorii Nazianzeni eloquentiae et doctrinae reddidit, (apud Suidam s. v.) quo inter alia haec leguntur: „Τρεῖς δὴ οὗτοι τότε ἄνδρες (Gregorius, Basilius, Apollinarius) τοῦ ὁμοουσίου προὐμάχουν κατὰ τοῦ ἑτερουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν 'Αθανάσιον. Τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπιπλεῖστον οὗτοι προεληλύθησαν, καὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐντέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Γρηγόριος.... καὶ ἦν εἰπεῖν 'Απολλιναρίου μὲν ἁδρότερος, (Gregorius dicendi genere) Βασιλείου δὲ σταθερώτερος." — [2] Benoit, o. l. II, pag. 9.

Constantinopolitani sed etiam episcopi, tum qui Thraciae ecclesias regebant, tum qui in concilium Antiochenum convenerant, eum rogaverunt ut veniret. Veluti avulsus a carissima solitudine profectus est: [1]

ἄνω καθήμενόν με τῶν ὁρωμένων,
καὶ νοῦν μόνοις μίγνυντα τοῖς νοουμένοις,
ῥίψαντα δόξαν, κτῆσιν, ἐλπίδας, λόγους,
τὸ μὴ τρυφᾶν τρυφῶντα, καὶ μάζῃ στενῇ
βίον γλυκαίνονθ', ὕβρεως ἐλεύθερον,
(ἢ πάντα δεῖ σε προσδοκᾶν, κἂν ᾖς σοφὸς)
παρ' ἐλπίδας τις τῶν καλῶν ἀποσπάσας
ἔκδημον ἤγαγε,

et in media proiecit certamina. [2] Neque enim otio cum

[1] Carm. XII, v. 71/8. — [2] Anno 379. Xaverius Hürth in dissertatione, quam de Greg. Naz. orationibus funebribus scripsit (Argentorati, Truebner. 1907) pag. 60 haec adnotata habet: „Omnes viri docti, qui de Gregorio egerunt, consentiunt eum anno demum 379 Constantinopolim pervenisse ... tamen potest demonstrari Gregorii ipsius verbis, eum iam ante 379 in illa urbe fuisse. Dicit enim (orat. XLIII in Bas. cp. 2.) ὑπομνήσω δ' οὖν ὅμως, ὧν μεταξὺ περὶ τὸν ἀληθῆ λόγον ἠσχολήμεθα κινδυνεύοντα καλῶς βιασθέντες καὶ κατὰ Θεὸν ἴσως ἔκδημοι γεγονότες, καὶ οὐδ' ἀπὸ γνώμης ἐκείνῳ τῷ γενναίῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ (i. e. Basilio); cui consentit vita Gregorii a *Gregorio presbytero* confecta (Migne 35, 276): „Καὶ τοιαύτῃ παρακελεύσει κινήσας τὸν ἄνδρα εἰς τὸ Βυζάντιον ἀποστέλλει ... ὃ δὲ αὐτίκα Βασιλείου τοῦ μεγάλου φωστῆρος τὴν ὁρμὴν αὐτῷ συνεπιτείνοντος καὶ πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας ἀλείφοντος ἄλλων τε πλείστων ἀρχιερέων .... ἀντιβολούντων .... τῇ βασιλίδι παρῆν." Ut haec argumentatio intellegatur, sciendum est, s. Basilium Kal. Jan. a. 379 mortuum esse. Si igitur Gregorius iam Constantinopoli erat, cum Basilius obiit, id quod ipse dicere videtur, (ἔκδημοι γεγονότες), porro si suadente Basilio Constantinopolim profectus est, ut utriusque Gregorii verba testantur, Gregorium Nazianzenum iam „ante annum 379 in illa urbe fuisse" putandum est. Sed primum, quod attinet ad verba huius Gregorii presbyteri, multis locis temporis rationem et rectum rerum ordinem adeo male servavit, ut non facile sit ei fidem tribuere. Gregorii nostri iteratos in Pontum secessus ita narrat quasi semel tantum eo se contulisset; fugam eius post susceptum sacerdotium confundit cum ea, qua evitare voluit ne episcopus crearetur (Cfr. Act. Sanct. Mai. II, 370 E et passim). Quin etiam in enarranda celeberrima hac Constantinopolitanae Ecclesiae praefectura, eum per longum tempus, *duodecim annos*, in illa urbe degisse scripsit: „Χρόνον δὲ πλεῖστον τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἀπολειφθέντος διὰ τὴν ἐν τῇ βασιλίδι διατριβὴν (δύο γὰρ καὶ δέκα ἔτη λόγος αὐτον ἐν τῷ Βυζαντίῳ πεποιηκέναι"), cum constet, eum vix tres annos

dignitate in urbe regia fruebatur, qui summam rerum in ecclesia tenebat inter tot tantarum opinionum certamina, cum barbarorum gentes aliae post alias totum orbem terrarum e sedibus expellere viderentur, damna a Iuliano Apostata, Valente ariano recens allata expleri non possent, Christianorum inter se pestiferae dissensiones undique orerentur, pro vario bellorum eventu aulici vilesque [1] homines in regimen Ecclesiae vel ipsi se insinuare vel alios se peiores ingerere conarentur. Ab infenso populo ariano lapidibus receptus, a Maximo, cynico quondam philosopho, qui episcopatum ambibat, multas et graves contumelias passus est. Sed mox alliciente alios morum suavitate [2] alios praeclara oratoria arte multorum animos sibi conciliavit. Sunt illae, quas Constantinopoli de sanc-

---

ibi fuisse. (cfr. carm. XI, v. 101 seqq.) Ceterum quid obstat, quominus iam prius Basilius Gregorio suaserit, ut hanc rem ageret, post mortem demum amici hic ei obtemperaverit? Sic Benoit verba Gregorii P. intellexit: (o. l. II, pag. 9.) „Basile lui même sur son lit de mort avait fait prier son ami de rendre à la société chrétienne ce double service." (Idem ep. 76 ad Greg. Nyssenum data probavit, Nazianzenum, cum Basilius moreretur, aegrotum fuisse et epitaphio VII in Bas. eum tum Seleuciae monasticam duxisse vitam. — Hürth, vir in iis quae de Nazianzeno scripta sunt versatissimus, Bollandistarum opera videtur ignorare. Iis saltem usus non est, quamvis magnae ei utilitati fuissent, veluti in hac quam movit difficultate. Pag. enim 398 o. l. adn. h ostenditur, e quo fonte biographus verba a Hürthio allata hauserit.) — Verba autem ipsius Gregorii Hürth non recte interpretatus est. Nam si leguntur una cum iis quae praecedunt, favere potius nostrae sententiae quam adversari videntur. Excusans se apud auditores quod non ipso die funeris sed multo post (3 scil. annis, Kal. Ian. 382; Hürth. p. 62) Basilii laudes celebret, orator has duas affert rationes: (Or. 43, no. 2.) „'Αλλὰ πρῶτον μὲν ὤκνουν τὸν λόγον, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, ὥσπερ οἱ τοῖς ἱεροῖς προσιόντες, πρὶν καθαρθῆναι καὶ φωνὴν καὶ διάνοιαν· ἔπειτα, οὐκ ἀγνοοῦντες μὲν ... sequuntur verba a Hürthio allata. Mortuo igitur Basilio non statim orationem funebrem habere voluit, sed prius se ad eam habendam praeparare, ut tanto munere bene fungeretur. Ergo non Constantinopoli tum erat. Sed neque brevi post laudationem habuit, quia interim (ὧν μεταξὺ i. e. inter mortem et hanc, quam nunc habet, orationem) Constantinopolim profectus erat. — [1] P. Allard. o. l. ll. aa. — [2] Τοσαύτης δὲ ... ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμεως οὔσης, καὶ τὸ ἦθος οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνδρες (Gregorius, Basilius, Apollinarius) παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγαγώτατον.

tissima Trinitate habuit orationes, ob quas potissimum Theologi cognomen accepit. [1] Addidit ingens reviviscenti ecclesiae robur Theodosii imperatoris catholici in urbem post victoriam in Visigothas reportatam ingressus. Basilica, quae Apostolorum dicebatur, quam Valens Catholicis ademptam Arianis dederat, Gregorio redditur; augetur in dies veram Christi doctrinam sequentium numerus; tandem Gregorius episcopus ecclesiae Constantinopolitanae acclamante universo fere populo creatur. Spes erat futurum, ut cum tota urbe oriens totus arianos errores excuteret. At novae dissensiones eaeque ab invidis nonnullis sacerdotibus tanto munere indignis commotae, omnia disturbant. Undique iniuriis, calumniis Gregorium afficiunt, donec is pacis magis quam honoris amicus — suavior quoque fortasse quam fortior — sedem, quam neque quaesiverat, neque cum gaudio tenuerat reliquit. Quid ei honores, modo praedicaretur Trinitas? Τριὰς λαλοῖτο, abiens cantavit:

Τριὰς λαλοῖτο καὶ καταρτίζοι λόγον
ἄλλος τις ὅσπερ ἄξιος· θρόνων δ' ἐγὼ
εἴξω· [2]

immo laetus abiit: αὐτὰρ ἔγωγε
ἔνθεν ἀφορμηθεὶς τέρψομαι ἀτρεμίῃ. [3]

Verum quidem est gaudium non omni ex parte fuisse perfectum:

τίς δ' οὐ σπαράσσετ' ὀρφανούμενος τέκνων; [4]

sed tamen vicit gaudium dolorem. Monasticae enim vitae rationem solitudine tranquillam non semel expertam, aegerrime relictam, tandem aliquando ad mortem usque sequi se posse sperabat:

ὥστε καὶ οἷς ἑωρῶντο, καὶ οἷς ἔλεγον καὶ ὁπόσα γράφοντες διεδίδοσαν, διὰ πάντων ᾕρουν εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὁτιοῦν αὐτῶν εὐμαρέστερον ἁλίσκεσθαι δυναμένους. Ita Philostorgus arianus l. a. — [1] Κατὰ Εὐνομιανῶν προδιάλεξις, περὶ θεολογίας, περὶ Υἱοῦ (2), περὶ του ἁγίου πνεύματος. P. G. 36, col. 12/172. — [2] Carm. IV, v. 1/3. — [3] Carm. X, v. 25. — [4] Carm. XI, v. 1860.

τέρψομαι ἀτρεμίῃ,
πάνθ᾽ ἅμυδις, βασίλεια, καὶ ἄστεα καὶ ἱερῆας
ἀσπασίως προφυγών, ὥς πόθεον τοπάρος,
εὖτε θεός μ᾽ ἐκάλεσσε καὶ ἐννυχίοισιν ὀνείροις,
καὶ πόντου κρυεροῦ δείμασιν ἀργαλέοις.
τοὔνεκα καγχαλόων φθόνον ἔκφυγον, ἐκ μεγαλοῦ δὲ
χείματος, ἐν στατερῷ πεῖσμα βάλον λιμένι,
ἔνθα νόου καθαροῖσι νοήμασι θυμὸν ἀείρων,
θύσω καὶ σιγὴν, ὥς τοπάροιθε λόγον.

Medio anno 381 Nazianzum rediit. Labores continui, pii vitae asceticae excessus, morbi corporis, animi dolores senium properaverant. Nazianzenae ecclesiae curam aliquandiu suscipere debuit, deinde in villam prope Nazianzum se recepit e qua expulsus peregrinus huc illuc erravit. Orationes expolivit, epistulas plus ducentas hoc extremo vitae tempore scripsit, inter quas sunt duae illae praeclarae [1] ad Cledonium presbyterum missae, quae postea in concilio oecumenico, quod Chalcedone habitum est, summis cum laudibus recitatae sunt, carminibus condendis operam dedit. Ipse, ut supra iam dictum est, narravit quibus rationibus adductus sit, ut versus faceret. Praeter eas quas iam attuli, aliae duae sunt, quarum prior mira valde et a *magno poeta* mihi saltem alienissima esse videtur. Primum enim, πρῶτον μὲν inquit, volui

οὕτω πεδῆσαι τὴν ἐμὴν ἀμετρίαν
ὡς ἂν γράφων γε, ἀλλὰ μὴ πολλὰ γράφω,
καμὼν τὸ μέτρον. [2]

Iocose interpretanda esse puto haec verba, senis ob loquacitatem aetatis propriam leniter se carpentis, ne quid nimium senile magno viro attribuamus. Quarta ratio quam attulit, quae sola poeta digna est, haec est:

τέταρτον εὗρον τῇ νόσῳ πονούμενος
παρηγόρημα τοῦτο, κύκνος ὥς γέρων,

[1] Ep. 101 et 102, P. G. 37, col. 173/201. — [2] Carm. XXXIX, v. 34/6.

λαλεῖν ἐμαυτῷ τὰ πτερῶν συρίγματα,
οὐ θρῆνον, ἀλλ᾽ ὕμνον τιν᾽ ἐξιτήριον. [1]

Quamquam multo plures θρήνους quam ὕμνους scripsit. Ceterum per septem ultimos vitae annos timor, taedium, angores, tentationum certamina miserum Gregorii animum vexare non desierunt. Qui quamdiu viribus vigebat omnium ad se oculos convertebat, bonorum a quibus ad coelum efferebatur, malorum qui mores eius incorruptos timebant, ad extremum vitae finem cum pervenerat calumniis oppressus, morbo continuo superatus ab amicis solus relictus est male risus ab inimicis. Quam ob causam nescio quid veluti tenerae cuiusdam melancholiae miseratione nostra misceri sentimus, atque dolore quem versibus effudit animos nostros saepe ad vivum tangi. Diem supremum obiit anno 389.

Ob praeclaram eloquentiam secundum post s. Ioannem Chrysostomum locum inter graecos oratores christianos obtinet, ob eximiam theologiae cognitionem „theologi" cognomen accepit, ob summam vitae integritatem sanctorum fastis in Ecclesia catholica tum romana tum graeca adscriptus est, de carminibus vero vix uno alterove commentario excepto tacetur. Ea autem quae e Gregorii vita, studiis, operibus attulimus demonstrant, hanc existimationem et rectam esse et veram et illa, quam Misch suae de Gregorii carminibus autobiographicis disputationi adiecit praefatiunculam, ad haec carmina recte iudicanda meliorem et aequiorem.

[1] Ib. v. 54/8.

Caput Secundum.

QUO VITAE TEMPORE GREGORIUS NAZIANZENUS CARMINA QUAE INSCRIBUNTUR περὶ ἑαυτοῦ CONDIDERIT.

§ 1. Quaenam sint Gregorii carmina quae inscribuntur περὶ ἑαυτοῦ.

Omnium quotquot scripsit Gregorius versuum partem circiter [1] tertiam ea carmina constituunt, quae inscribi solent περὶ ἑαυτοῦ. Inveniuntur in editione Mignana, qua licet non omni ex parte perfecta sit melior tamen et ac-

[1] Supersunt Gregorii circiter XVIII milia versuum. Suidas (lex. s. v.) eum ad XXX milia scripsisse docet: „ἐγράφη δὲ αὐτῷ καὶ ἑτέρα βίβλος δι' ἑξαμέτρων, παρθενίας καὶ γάμου καθ' ἑαυτοὺς διαλεγομένων· καὶ εἰς ἑτέρας ὑποθέσεις ἐν παντοίοις καὶ διαφόροις μέτροις, ἅτινα συνάγονται εἰς ἐπῶν μυριάδας τρεῖς". Hoc autem non recte scripsit. Ea quae de Greg. operibus memoriae tradidit, (neglegentius, uti solet) deprompsisse videtur ex Hieronymi Indice, cui titulus: „De viris illustribus liber ad Dextrum praetorio praefectum." Migne (Patr. Lat. 23, col. 601 seqq.), seu potius ex huius libri graeca translatione, quam postea Erasmus sub nomine Sophronii in lucem edidit. En verba Hier. (l. l. cp. 27, col. 707.) „Gregorius ... episcopus, vir eloquentissimus, praeceptor meus, quo Scripturas explanante didici, *ad triginta millia versuum omnia opera sua composuit.* E quibus illa sunt: de morte fratris Caesarii, περὶ φιλοπτωχίας, laudes Macchabaeorum, laudes Cypriani, laudes Athanasii, laudes Maximi philosophi, post exsilium reversi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt (quia est et alius liber vituperationem eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit eundem et laudare et vituperare pro tempore), et liber hexametro versu Virginitatis et Nuptiarum contra se disserentium, adversum Eunomium liber unus, de Spiritu Sancto liber unus, (contra Iulianum imperatorem libri duo. Secutus est autem Polemonem dicendi charactere ... Decessitque ante hoc ferme triennium sub Theodosio principe". Haec Sophronius ad litteras fere transtulit: „Γρηγόριος, ... ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος, οὗ

curatior nondum in lucem prodiit, parte XXXVII col. 969—1452 hoc titulo ornata: Ἔπη ἱστορικά, τομὴ α' περὶ ἑαυτοῦ. Doctissimi s. Mauri Benedictini, Clemencet, De Gosniac, De Verneuil, alii hanc editionem curaverant, quam deinde a Caillavo primum in lucem editam Migne in magnum quod composuit opus, cui titulus „Patrologiae cursus completus" integram inseruit. Liber ingratus oculis et manibus vix tractabilis, ad poetae carmina dulciter fruenda neminem nostrum alliciet, qui pro eximia aetatis nostrae arte, qua libri eduntur, in pulcriore atque elegantiore libello versus legere solemus. Quibus verbis non doctissimos editores improbare mihi animus est, quippe qui sanctorum Patrum carmina quoque in eandem gigantei operis formam, qua opera omnia edita sunt, redigere debuerint, verum novae eiusque gratioris alicuius editionis desiderium tantum exprimere volui. Hac autem re Benedictini optime de Gregorii carminibus meriti sunt, quod illi primi ordinem

ἐξηγουμένου τὰς θείας ἔγνων Γραφάς, εἰς τρεῖς μυριάδας στίχων πάντα τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν, ἀφ' ὧν εἰσι τάδε· περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρίου, περὶ φιλοπτωχίας, ἐπαίνος τῶν Μακκαβαίων, ἐπαίνος Κυπριανοῦ, ἐπαίνος Ἀθανασίου, ἐπαίνος Μαξίμου φιλοσόφου μετὰ τὴν ἐξορίαν ἀναζεύξαντος, ὅντινα ψευδῶς τινες Ἥρωνος ἐπέγραψαν (ἔστι γὰρ καὶ ἄλλη βίβλος, κατάγνωσιν τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περιέχουσα, ὡς μὴ ἐξὸν εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ ἐπαινέσαι καὶ ψέξαι ἐν καιρῷ)· καὶ βίβλος, δι' ἑξαμέτρων, Παρθενίας καὶ Γάμου, καθ' ἑαυτῶν διαλεγομένων· κατὰ Εὐνομίου λόγος εἷς, περὶ Πνεύματος ἁγίου λόγος εἷς, κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγος εἷς. Ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι ... καὶ ἐτελεύτησε πρὸ τριετοὺς χρόνου βασιλεύοντος Θεοδοσίου."

Hieronymus igitur *omnia* Greg. opera, non tantum carmina, XXX versuum milibus constare scripsit. Suidas vero primum de iis, quae Greg. soluta oratione composuit, agens haec habet: „Οὗτος ἔγραψε καταλογάδην πολλά· εἰς γὰρ τρεῖς μυριάδας στίχων τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν· ἀφ' ὧν εἰσι τάδε· περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρείου, ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἕτερος εἰς τὴν ἀδελφὴν Γοργονίαν, περὶ φιλοπτωχίας, ἔπαινοι τῶν Μακκαβαίων, ἔπαινοι Κυπριανοῦ, ἔπαινοι Ἀθανασίου, ἔπαινοι Ἥρωνος φιλοσόφου· κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγοι δύο, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος εἷς, πανηγυρικοὶ λόγοι δέκα, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, καὶ πᾶσι γνώριμοι. Ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι ..." Tandem de carminibus addidit ea quae supra protuli affirmatque, etiam haec συνάγεσθαι εἰς ἐπῶν μυριάδας τρεῖς. Cfr. cap. 3.

quendam in iis edendis servaverunt, cum „Billiana editio indigesta esset congeries, in qua nullus ordo statui [1] posset," antiquiores vero Gregorii operum editores [2] carmina aut omnino neglexissent, aut eorum partem tantum in lucem edidissent. Contra Benedictini in [3] „Monito de s. Gregorii poematis" haec scripserunt: „Omnia s. Gregorii poemata in duos distribuimus libros, quorum primo complectimur poemata theologica, secundo autem poemata historica repraesentamus. Liber autem prior... in duas sectiones dividitur, quarum prima continentur poemata dogmatica, secundo vero poemata moralia. Duplicem pariter sectionem habebit liber posterior... ita, ut in una legantur poemata, quae ad ipsum Gregorium pertinent, in altera vero quae spectant ad alios. Immo et varia huiusce libri poemata ordine chronologico, quantum licuit, disponimus, praetermisso tali ordine in primi libri carminibus, quorum tempus nulla prorsus regula potuit determinari".

De servata hac temporis ratione aliquid hoc loco adnotare velim, ut appareat, quibus causis adductus sum ad inquisitionem de temporibus quibus carmina haec scripta sint denuo instituendam. Iam vidimus [4], constare inter viros doctos pleraque carmina extremo vitae tempore a Gregorio scripta esse, postquam abdicato episcopatu Constantinopoli Nazianzum rediit. Quod de nostris praecipue carminibus affirmatur, quibus poeta de sua Constantinopolitanae ecclesiae praefectura vel de rebus a se post abdicationem gestis saepe agit. Doctissimi autem editores carmen I anno 371, II a. 372, III a. 379, IV—XVIII a. 381, XIX—XXXIX a. 382, XL—XLV a. 383 adsignarunt, reliquis omnibus XLVI—IC brevem adnotationem addiderunt „post annum 383". Quem ordinem vix uno alterove numero mutato recentiores quoque secuti sunt,

[1] P. G. 38, col. 1263/4. — [2] Vide antiq. edd. P. G. 35, col. 10/23. — [3] P. G. 37, col. 395/6. — [4] Cf. cap. 1, pag. 15.

qui de tempore quo Gregorius carmina sua composuisset scripserunt, inter quos praecipuum locum tenent Dubedout [1] et Benoit. [2] Sed dolendum valde est, Maurinos suae temporis designationi argumentationem vix unquam addidisse, recentiores vero plerumque tantum de longioribus nonnullis carminibus singulares quaestiones instituisse, ceteros suo quem a Caillavo acceperant anno natali reliquisse. Verum mihi legenti ea quae Dubedout ad carmen quoddam adnotavit in mentem venit inquirere, num recte adnotasset. En initium malorum quorum finis aridae multae huius libelli paginae sunt neque ulla ratione iucundae legenti. Nam ex quo mihi ad unum carmen ea quae notaverat vir doctissimus in dubium vocanda esse visa sunt, fieri non potuit, quin mox de alio, deinde de tertio, tandem de singulis nonaginta novem carminibus novam instituerem investigationem, qua desideratam argumentationem doctissimorum editorum operi adderem si cum iis consentirem, si dissentirem alia et si fieri posset accuratiora temporis indicia invenirem. Lege autem et iudica.

Placuit viris doctis anno 382 adscribere carmina viginti unum, quae apud Caillavum numeros XIX—XXXIX sortita sunt. Quam sententiam Dubedout [3] hoc uno argumento demonstrare sibi visus est: „Alia vero poemata XIX—XXXIX, inquit, ubi Gregorius preces et querelas tono iam mitiori effundit, in annum sequentem (382) remittimus. Etsi enim doloris aculeo (quem anno 381 vehementissime sensit) non adeo pungitur, aliquid tamen manet alta mente repostum. Inde breve tempus effluxisse collego, quod iracundiam molestiasque leniverit nec tamen omnino exstinxerit. Necdum tamen omnes procellas effugerat, nec in patria quietem optatam invenit. Ecclesiae enim Nazianzenae, pastore iampridem destitutae, episcopum praeficere frustra diuque tentavit. Quare ab haereticis... vexabatur."

[1] O. l. pag. 16—23. — [2] O. l. passim ad varia vitae capita. — [3] O. l. pag. 19—20.

De his omnibus postea plura dicentur. Nunc is, cui haec demonstratio sufficere videtur, ut carmina XIX—XXXIX anno 382 composita esse putet, mecum legat, quaeso, carmen XXI [1], quo lecto dicat quodnam ex iis temporis indiciis, quae enumeravit Dubedout, in eo invenerit.

Εἰς τὸν πονηρόν. [2]

Ἅρπασον, ἅρπασον, ἄφθιτε, με   ἄγεσι τειρόμενον. [3]
χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρίης·   Ἐν νηῷ δὲ μένοιμι τεῷ
μηδ' ἔργοις μογέοιμι κακοῖς,   ἔμπεδος ὑμνοπόλος·
καὶ Φαραώ με τρυχοῖ,   μηδέ μέ τις πυρόεις Σοδόμων
μηδέ με δουριαλῇ κατέχοι,   ὄμβρος ὕπερθε βάλοι,
Χριστέ, σὸς ἀντίπαλος,   χειρὶ δ' ἐπισκιάοις κρατερῇ
εἰς Βαβυλωνά τ' ἄγοι κραναήν,   πήματα πάντ' ἐλάων.

Mihi quidem Gregorius hoc carmine non certas quasdam hominum inimicitias, non fata terrestria ulla cantare, sed ad Christum preces effundere videtur, ut tentationibus liberetur. Quis enim ignorat, Christianos cum servitute aegyptia, babylonica captivitate saepissime statum hominis peccatis dediti comparasse, immo comparare? At... ex uno carmine male intellecto aliorum interpretatio diiudicanda non est! Esto. Lege igitur carmen insequens, cui titulus Νοσοῦντος εὐχὴ πρὸς Χριστόν. [4]

Πῆξόν με Χριστέ· πῶς ἐλύθη σὸς λάτρις;
ὑμνῳδὸς ἀργεῖ γλῶσσα. Πῶς φέρεις τόδε;
ἀλλ' ἅρμοσόν με, μὴ πρόῃ τὸν σὸν θύτην·
ποθῶ πάλιν στῆναί τε καὶ σωτηρίας
κῆρυξ γενέσθαι, καὶ λαὸν καθαγνίσαι.
Σὺ τὸ σθένος μου, λίσσομαι, μή μ' ἐκλίπῃς.
εἰ σ' ἐν ζάλῃ προύδωκα, βαλοίμην ἔτι.

Quo versu, quaeso, latet illud „alta mente repostum", e

[1] P. G. 37, col. 1280. — [2] Diabolum intellegit. — [3] Versum hunc alii aliter interpretantur. Billius et Clemencet „vulneribus contritum"; P. G. l. a. Tollius „criminibus domitum"; (Jac. Tollii Insignia itineris Italici. Traiecti ad Rhenum 1696). Sed qui diaboli tentationibus deceptus peccavit, aliquo modo ἄγει subest, i. e. sacer factus est, quare propono „exsecrationibus vexatum". De producta ᾱ vide cap. 4. — [4] Carm. XX. P. G. 37, col. 1279.

quo se collegisse dicit Dubedout „breve tempus effluxisse (post annum 381), quod iracundiam molestiamque leniverit nec tamen omnino exstinxerit"? Nam neque de ecclesia Nazianzena, neque de haereticis poeta queritur. Aegrotat et a Deo auxilium petit ac levamen. — Sed quid quod etiam preces matutinas [1] et vespertinas inter haec carmina invenias? — Aliis profecto iisque melioribus rationibus Maurinos adductos fuisse puto, ut carmina haec anno 382 scripta esse censerent, sed, ut dixi, quaenam fuerint illae rationes scriptis non mandarunt. Merito igitur causa resumitur. Ceterum materiam apte dividendo evitare conabor, ne nimium numeris implicemur.

Quod attinet ad ordinem, in quem Benedictini carmina Gregorii redigere conati sunt, maximum sane et difficillimum opus faciendum susceperunt et si cum „indigesta illa congerie Billiana", ut scripserunt, eorum liber comparatur, etiam perfecerunt. Attamen non omni ex parte absolutus est neque esse potuit, cum viri docti omnium primi id tentaverint. Recte Benoit: [2] „Cette division, inquit, n'est ni très poétique ni très rigoureuse; il y a dans presque toutes (les) parties des poèmes, qui pourraient aisément se trouver dans une autre." Regula secundum quam Gregorii carmina discreverunt et diviserunt haec propemodum fuisse videtur, ut omnia carmina, in quibus poeta de se rebusque suis vel quidquam scripsisset, ad „carminum historicorum partem priorem" referrentur, cum communi hoc titulo περὶ ἑαυτοῦ. Addidi „propemodum", quia non omnino recte dixi. Sunt enim carmina, quae licet secundum hanc normam ad nostra pertinere videantur, theologicis tamen inserta sunt, velut libri prioris carmina XXXVI, XXXVII, XXXVIII, [3] quae si comparabis cum libri nostri carmine III, [4] mecum miraberis quod non eodem libro continentur. Preces enim sunt, quibus poeta Deum rogat, ut iter quod sibi faciendum

[1] Carm. XXIV εὐχὴ ἑωθινή et XXV πρὸς ἑσπέραν θρῆνος. l. l. col. 1284/5. — [2] O. l. II, pag. 335. — [3] P. G. 37, col. 518—522. — [4] ib. col. 1020.

sit prospere succedat. Ex iis nullum ad theologica carmina nec ad ea, quae Gregorius de se composuit, meo saltem iudicio pertinent, sed, si unum theologicis inseritur, nulla est ratio ob quam alterum inter autobiographica refertur. Idem dicendum de libri prioris carminibus XXXIV et XXXV, quae preces sunt ad Deum factae quales in nostro quoque libro leguntur. Etiam in sectionem alteram eiusdem libri inter ἠθικά nonnulla collecta sunt, quae merito ad carmina περὶ ἑαυτοῦ transferas. Contra e libro nostro non pauca carmina alias releganda sunt. Quapropter qui novam aliquando Gregorii carminum editionem curare velit, meliorem et accuratiorem eorum divisionem [1] adhibeat necesse est. Nobis autem de libro qualem nunc habemus agendum est, cuius en brevis conspectus.

Continet nonaginta novem carmina, quorum pars longe maior iis constituitur, quae vere autobiographica dici possunt. Eorum alia sunt quibus poeta revera vitam suam enarrat, alia quibus de se non aliud cantat, nisi quod preces ad Deum in corporis animique doloribus, querelas de multis magnisque miseriis in quibus versatur versibus effundit. Plerique versus iambi sunt, hexametri, pentametri, nonnulli anacreontici, pauci mixto metro scripti. Sunt longiora poemata, quorum unum duobus fere versuum milibus constat et brevissima carmina sex, quattuor, trium versiculorum. Praeter haec carmina autobiographica inveniuntur in nostro libro satirae quaedam, [2] quarum una 834 versuum, quibus in malos episcopos vehementer invehitur. Terminatur liber novem epitaphiis, [3] quae Gregorius in se parentesque composuit. De his epitaphiis et de satiris, quae vix autobiographica carmina dici possunt, hic illic pauca tantum dicam.

Carmina autem, quae merito περὶ ἑαυτοῦ inscribuntur,

[1] Mihi quidem optime dividi posse videntur in carmina didactica, lyrica, satiras, epistulas, epigrammata. — [2] P. G. 37, carm. XII, col. 1166; XIII, col. 1227; XLI, col. 1339. — [3] ib. XC—XCIC, col. 1445 seqq.

in duas partes aptissime dividi possunt. Sunt enim eorum duo genera omnino inter se distincta, quae vitae veluti duplici generi, quod egit Gregorius, congruunt. Nam ut capite primo dictum est, Gregorius tum in Cappadocia tum Constantinopoli multos quidem magnosque labores fidei catholicae propagandae causa pertulit, simul tamen solitudinis adeo amantissimus fuit, ut etiam atque etiam in deserta loca profugeret, ubi Deum melius coleret. Hinc animi dolores cum a silentio et quiete, ut aiunt, avulsus in media certamina proiceretur, hinc persecutiones et calumniae et inimicitae cum ecclesiam ei commissam ab haereticis vel, id quod perferre gravius erat, ab iniquis collegis defenderet. In orationibus et epistulis non raro de omnibus his molestiis egit, quid mirum, quod carmina quoque hunc duplicem animi statum referunt? Modo animum sibi et Deo effundit, modo apologiam pro vita sua scribit. Haec autem quae apologetica dicere velim carmina librum constituunt omnino distinctum atque divisum ab illis, quae mere autobiographica dici possunt. De omnibus his carminibus mea facio ea verba, quae Georg Misch de tribus longioribus scripsit [1]: „Die zur selbständigen Autobiographie ausgeführten Gedichte... sind nicht auf eine erschöpfende Darstellung des ganzen Lebens gerichtet, sondern geben der jeweiligen Gemüthslage eine grössere Freiheit in der Auswahl des Stoffes. So kann die Doppelrichtung des hierarchisch – kontemplativen Lebens sich in der gesonderten Erscheinung von autobiographischen Werken geltend machen, deren eines (XI) in der Darstellung seiner Relation zur Auszenwelt den wesentlichen Vorwurf hat, während zwei andere Gedichte (I und XLV) den religiösen Menschen in seiner einsamen Innerlichkeit zeigen." Bis Gregorius versibus se defendit, primum [2] postquam Constantinopoli Nazianzum rediit, deinde [3] postquam Nazianzi episcopatu se abdicavit.

[1] O. l. pag. 386/7. — [2] Carm. III—XVIII. P. G. 37, col. 1020—1271. — [3] Carm. XXX et LXVIII. ib., col. 1290 et 1409.

Postquam disputando investigaverimus, quo tempore quove consilio carmina haec composita sint, inquirendum erit, num ipse Gregorius ea omnia in unum vel plures libros collecta in lucem ediderit. Sed haec quae de libri nostri argumento dicta sunt ad evidentiam usque demonstrant, poetam, si revera id fecerit, carmina haec non in talem redegisse ordinem qualem liber nunc exhibet. Neque id doctissimi editores negabunt, qui id tantum spectasse videntur, ut carmina facilius inspicerentur et invenirentur. Monet Misch titulum περὶ ἑαυτοῦ aptissime ad Gregorii carmina quadrare, quae cum omnem antiquae autobiographiae progressum perficiant fere atque absolvant, eundem titulum ac prima carmina autobiographica prae se ferunt. Disputans de Solonis elegiis, [1] a quibus „begann in der künstlerischen Form die philosophische Selbstbesinnung, in der die Autobiographie langsam der Erfüllung ihrer höchsten Aufgabe entgegenreifen sollte," haec scripsit: „Diese Elegien wurden als die Gedichte Solons „An sich selbst" überliefert. In der Wirkung dieses Titels spiegelt sich der Zusammenhang zwischen den Hauptmomenten der Entwicklung der Selbstbiographie in der Innenschau. Die Namengebung von Mark Aurels Buch „An sich selbst" ist davon bestimmt; dieselbe Überschrift trägt das Gedichtbuch Gregors von Nazianz, das seine subjektive Lyrik, die zur Autobiographie fortging enthällt." Subtilius, nisi fallor, vir doctissimus scripsit „bestimmt," quasi fieri non potuit, ut magnus imperator eundem titulum ipse inveniret, sed quod his verbis potissimum significare voluit id recte significavit. Notatu tamen dignum est, titulum hunc ab ipso Gregorio multis fortasse quidem brevioribus carminibus datum esse, non autem tribus longioribus, quae inscribuntur περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν (I), περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον (XI), θρῆνος περὶ τῶν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς παθῶν (XLV), neque toti libro. Id enim, ut iam dixi, Maurini fecerunt. Ideo

[1] O. l. pag. 57.

autem addidi „fortasse," quia multorum carminum alii codices alios tradiderunt titulos et quia in commentario, [1] quem Cosmas Hierosolymitanus in Gregorii carmina scripsit, carmina longiora de quibus egit, inscribuntur εἰς ἐμαυτὸν δία τὸ ἐμμέτρως λέγειν (XI) et περὶ τοῦ καθ' ἑαυτοῦ βίου (I.)

Restat ut de carminum textu dicatur, quem editores post alios pro scientia suae aetatis e [2] multis codicibus magna quidem cum diligentia constituere tentaverunt, non tamen omni ex parte emendarunt. Quod ut verum esse demonstrem ex uno tantum carmine eos tantum afferam versus, in quibus tota syllaba desideratur omissis omnibus aliis mendis. Legitur in carmine XII, [3] quod senariis scriptum est:

v. 212 μὴ λεπρὸν ἐξέλοις, μὴ νεκρὸν τάφου;
v. 351 εἰ δ'ἦν τις ὀφθαλμῶν καὶ χερῶν ἔρις.
v. 577 καὶ σάρκας ἐξέτηξεν ἀγρυπνίαις.

Attamen nonnunquam editores similibus locis corruptis correctiones adhibuerunt, ne deficeret metrum. [4] Sequitur, quod criticae ratio non nisi aliquando ab iis habita est. Quod autem attinet ad varias lectiones e quibus suam elegerunt, cum viri docti quanta uniuscuiusque codicis auctoritas sit adhuc statuere non potuerint, me vulgatam lectionem hic sequi necesse est.

[1] Duos commentarios in Gregorii carmina habemus, unum quem Nicetas David saeculo 9⁰ in nonnulla theologica carmina scripsit (cui Zonaras adnotationes adiecit), alterum quem Cosmas saeculo 8⁰ composuit. Hic de plerisque autobiographicis egit, de quibus tamen vix aliud quid explicat, nisi quod personarum et rerum historias sive e mythologia sive e scriptura sacra depromptas interpretatur. Utrumque commentarium vide apud Migne. P. G. 38, col. 341—849. — [2] Enumerantur P. G. 35, col. 36. — [3] Ib., col. 1166. Propono: ἐξέλοις [σὺ], [τε] καὶ, [ταῖς] ἀγρυπνίαις. — [4] Vide eiusdem carm. v. 228, 545.

§ 2. Quo vitae tempore Gregorius scripserit carmina quae asceticae eius vitae rationi congruunt.

Carminibus quae περὶ ἑαυτοῦ inscribuntur universe consideratis quaerendum iam de singulis est, quo vitae tempore condita sint, ut et melius intellegantur et ipsius poetae ingenium, animus, sensus clarius et distinctius cognoscantur. Hac autem paragrapho de illis carminibus agemus, quae Gregorii asceticae vitae rationi potissimum congruunt, paragrapho vero tertia de iis, quae apologetica dixi. Illorum nullo tota Gregorii vita enarratur, sed ut Misch scripsit: „Sie geben der jeweiligen Gemüthslage eine gröszere Freiheit in der Auswahl des Stoffes."

Ne autem multa de multis carminibus frustra dicantur, neve saepius repetita displiceant, praenotare aliquid liceat, quod ad modum argumentandi et fontes pertinet. Primum, argumentum „ex silentio" quod dicitur, cum semper caute est adhibendum tum praecipue apud Gregorium. In longioribus enim carminibus, quibus vitam suam describit, non omnia narrat, quae facta sunt, neque ea tantum, quae maioris sunt momenti, sed multa omittit sive christianae humilitatis causa sive alia re motus. Saepe etiam ut est poeta et is quidem talis, quem candidus animus et affectu proprio commotus de se suisque meditationibus ut narret impellit (hominem eiusmodi „subiectivum" nostra aetas dicere solet), maiora omittit narrat minora, prout ipsum minus vel magis afficiunt. Ex eo igitur quod Gregorius de hac illave re a se gesta in aliquo carmine non egit aliquid deducere ad annum quo illud composuerit designandum, multo etiam minus quam apud alios scriptores

licet, nisi hanc illamve rem, si iam facta esset, *ob singulare huius carminis argumentum* dici debuisse probetur. Deinde, commentarius, quem Cosmas in Nazianzeni carmina scripsit, [1] nobis temporis indicia quaerentibus nullius videtur esse utilitatis. Ordo enim, quem in nostris carminibus commentandis auctor secutus est, si quem ordinem secutus est, certe minime temporis spectat rationes. [2] Carmen v. g. cui titulus περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον, quod sine ullo dubio prioribus adnumerandum est, quae Gregorius ex urbe Constantinopoli redux condidit, Cosmas ad omnium fere ultimum locum [3] remisit. Alia huiusmodi neglecti temporis exempla omitto. Quisquis enim commentarium illum legit multa facile primo statim adspectu inveniet. Satis sit hic adnotasse nobis in eo libro temporis indicia quaerenda non esse. Neque e proprietatibus rei metricae versuumve structura ad tempora constituenda quidquam deduci potest. Equidem saltem hac methodo, qua viri docti nonnunquam aptissime usi sunt, nullum temporis indicium inveni. Id quod mirum non est, tum quia Gregorius in his carminibus non vulgarem sermonem adhibuit, qui paullatim quidem sed tamen continuo mutatur, sed omnem versuum scribendorum rationem, quam apud antiquos poetas invenit, imitatus est, tum quia pleraque carmina senex brevi temporis spatio condidit. Quartum quod mihi praenotandum est peracta de primo carmine disputatione melius dicetur. Ab hoc igitur iam incipiamus.

Carmen primum, [4] quod inscribitur περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν, Dubedout [5] anno 372/3, Caillau [6] anno 371, Papebrochius, [7] cui adsentiendum esse existimo, ante annum 371 conditum esse iudicant. Scriptum est post mortem Caesarii fratris

---

[1] P. G. 38, col. 339—680. — [2] Temporis rationem aliquo modo habuisse videtur in carminibus, quae in edd. inscribuntur περὶ τῶν ἑτέρων. Cfr. l. l. no. 59—66. — [3] l. l. ad num. 146 ex 153. — [4] P. G. 37, col. 969—1017. — [5] O. l. pag. 18. — [6] P. G. 37, col. 969. — [7] Acta Sanct. 15, pag. 388; cfr. pag. 369.

et sororis Gorgoniae patre et matre viventibus. Nam versu 108 postquam poeta se parentibus [1] grandaevis et auxilii indigentibus subsidio esse dixit, haec addidit:

οἷς μοῦνος τεκέων περιλείπομαι.

E parentibus autem patrem prius mortuum esse oratione funebri in patrem [2] discimus. Orator enim in ea oratione matrem alloquitur et consolatur. Eum vero ipso initio anni 374 vita decessise Xav. Hürth accurate demonstravit. [3] Idem post Clemencet probavit, Caesarium fratrem „paulo post diem X mensis Octobris anno 368, i. e. exeunte anno 368 vel ineunte anno 369 mortuum esse." [4] Terminus igitur post quem Gregorius carmen hoc scripsit est initium anni 369, terminus ante quem initium anni 374. Gorgoniam post fratrem mortem obiisse ipse Gregorius in eius oratione [5] funebri dixit. Quod quanto tempore post acciderit certo quidem affirmari nequit, sed inter omnes convenit, eam fratri non diu superstitem fuisse. Papebrochius, [6] ut aliquos auctores afferam „haud diu post Caesarium," Clemencet [7] „aliquanto post Caesarium" eam mortuam esse existimant. Item fere Baronius. [8] Benoit ad versus 217—229 carminis primi, quibus poeta narrata fratris morte *statim* agit de morte amborum, adnotavit: [9] „Ce passage prouve, que la mort de s. Gorgonie avait promptement suivi celle de s. Césaire." Audacius fortasse scripsit „ce passage *prouve*," aliquo tamen modo hoc loco significari, sororem non diu post fratrem mortem obiisse, id recte censet. Addere hic

[1] Mortui sunt centum fere annos nati. Cfr. Epit. 55, P. G. 38, col. 38. — [2] Or. 18, no. 42. P. G. 35, col. 1040. — Non diu post maritum obiisse videtur. Cfr. Acta Sanct. l. l. 395 A. — Vita Greg. P. G. 35, col. 209. — [3] O. l. pag. 47 seqq. Non verno iam tempore, ut Clemencet putat. P. G. 35, col. 209. Cfr. Monitum in Or. 18; P. G. 35, col. 981/2. — [4] Hürth. o. l. pag. 35; Clemencet l. l. col. 189 et 751/2. — [5] Or. 8 no. 23. P. G. 35, col. 815: „δέχου καὶ τὸν ἡμέτερον λόγον ἀντὶ πολλῶν καὶ πρὸ πολλῶν ἐνταφίων, ὃν Καισαρίῳ μὲν πρὸ σοῦ καὶ σοὶ μετ' ἐκεῖνον ἀποδεδώκαμεν, ἐπειδή γε ἀδελφῶν ἐπιταφίοις ἐταμιεύθημεν. — [6] O. l., pag. 388 adn. g. — [7] O. l. I., col. 189. — [8] Apud Papebr. l. a. — [9] O. l. I, pag. 235.

velim aliam rationem verisimilem, qua sententia haec confirmari videtur. Xav. Hürth, cui auctoritatem in iudicandis orationibus funebribus nemo denegabit, de oratione in Gorgoniam sororem haec scripsit: [1] „. . . pro certo affirmare licet hanc orationem *funebrem non* esse. Quod sequitur ex ipsius orationis compositione." Enumeratis deinde orationis partibus haec addidit: „Statuendum igitur est, orationem in Gorgoniam *die memoriali* ad sororis memoriam recolendam . . . habitam esse." [2] Mirum videri potest, Gregorium in sororem non habuisse orationem funebrem. Sed fac, eam non diu post fratrem mortuam esse, Gregorium etiam tum curis et molestiis obstrictum fuisse, quas post Caesarii mortem sibi obvenisse carmine nostro tam acerbe queritur. [3] Certe, si ita res se habuit facile fieri potuit, ut cum ei tempus deesset statim proficiscendi Iconium, ubi Gorgonia habitaverat, postea, die memoriali, laudationem in sororem habuerit. Quidquid est, haec quae de Gorgoniae morte conicere licet nobis suadere videntur, ut eam brevi post fratrem diem supremum obiisse iudicemus. Quod optime cum reliqua disputatione concordat.

Nam ad alia verisimilia transeuntibus videbitur non multo post Caesarii mortem carmen nostrum esse compositum. Multis enim verbis poeta, ut iam dixi, de curis et molestiis queritur, quae ei post mortem fratris ob bona ab illo relicta obvenere multisque depingit versibus falsos amicos undique in illa irruentes. Atqui haec omnia ita narrat, ut versus illos duobus vel tribus annis postquam acciderint elapsis scriptos esse mihi persuadere non possim ut credam. Sed ipse iudices velim:

v. 165 Ἀλλὰ τὰ μέν κ' ἐπιεικτά· τὸ δ' ἄλγιον ἕλκος ἔμοιγε,
ὅσσα κασιγνήτοιο βίον ἀπὸ τόνδε λιπόντος

[1] O. l. pag. 46/7. — [2] Iam Papebrochius l. a. adnotaverat: „Non videtur illa omnino publice recitata fuisse; sed priori (i. e. orationi in Caesarium habitae) post recitationem ad usum posterorum descriptae, subiuncta, veluti supplementum eius vel additamentum". — [3] v. 165 seqq.

ἔτλην, καὶ παθέειν ἔτι γ' ἔλπομαι, οἵ γὰρ ἀέλπτοις
πήμασιν ἐμπελάσαντες ἀρείονα οὐ δοκέουσι.
. . . .
177 ὤ μοι Καισαρίοιο· πάρος γε μὲν ἐν βασιλείοις [1]
ἀστὴρ ὥς τις ἔλαμπες . . .
183 νῦν δὲ θανὼν πολλοὺς κόρεσας κύνας, οἵ μ' ὑλάουσι
πάντοθεν ἑσταμένοι· πηῶν δέ μοι οὔτις ἀρήγει.

Bona fratris divellunt falsi amici, isti κύνες,

187 ὡς δρυὸς ὑψικόμοιο, βίαις ἀνέμων ἐριπούσης,
κλῶνας ἀφαρπάζουσι περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος,
ἢ μεγάλην, φραγμοῖο διαῤῥαισθέντος, ἀλωὴν
νηλειῶς τρυγόωσι παρατροχάοντες ὁδῖται, . . .
192 αὐτὰρ ἐμοὶ πόνος ἐστὶν ἀγάστονος· οὔτε κορέσσαι
πάντας ἔτι σθένος ἐστὶν ἐμῆς χερὸς οὔτ' ἀπερύκειν.

Confirmatur sententia argumento „ex silentio" et eo quidem adeo gravi, ut ob id solum Papebrochius [2] carmen I ante annum 371 scriptum esse iudicet. Totum carmen longa quaedam est querimonia de multis gravissimisque animi doloribus, quos poeta passus est. Nulla autem re tanto dolore affectus est, nullam per reliquam deinceps vitam tam acriter sensit, quam suam ad episcopatum Sasimorum creationem et consecrationem. Legas versus [3] inveterati cuiusdam doloris et acrimoniae plenos, quos decem post annos hac de re scripsit; legas epistulas [4] quas statim e consecratione ad Basilium misit; legas verba quoque, quae post amici mortem in eius oratione funebri quasi reprehendens [5] dixit et intelleges, Gregorium

[1] Constantii primum imperatoris dein Iuliani medicus fuerat. Cfr. Or. 7, no. 8, 11, seqq. P. G. 35, col. 764 seqq. — [2] Act. Sanct. l. l. pag. 369 C, adn. g. — [3] Carm. XI v. 389—485. P. G. 37, col. 1055—1061. — [4] Epp. 46, 47, 48, 50, 58, 59. P. G. 37, col. 98 seqq. — [5] Or. 43 n. 59. P. G. 36, col. 573. „Πάντα γὰρ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζων, οὐμενοῦν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατόν, ἓν τοῦτο ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω (καὶ γὰρ ὁμολογήσω τὸ πάθος), οὐδὲ ἄλλως τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον, τὴν περὶ ἡμᾶς καινοτομίαν καὶ ἀπιστίαν, ἧς οὐδὲ ὁ χρόνος τὴν λύπην ἀνάλωσεν. Ἐκεῖθεν γάρ μοι πᾶσα συνέπεσεν ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία καὶ σύγχυσις καὶ τὸ φιλοσοφεῖν μὴ δυνηθῆναι . . ."

ob singulare huius carminis argumentum huius creationis, si iam facta fuisset, certo certius mentionem facturam fuisse. Id autem ne verbo quidem fecit. Atqui consecratus est episcopus secundum Bollandistas [1] anno 371, secundum omnes ante tempus Paschale anni 372. Scripsit igitur Gregorius carmen nostrum ante hoc tempus. Huic argumento ex silentio duo alia adiungere mihi liceat. Antecesserant Gregorii creationi tristissimae inter catholicos Cappadociae episcopos controversiae quibus [2] miscere se debuit; antecesserant quoque famosae insectationes a Valente imperatore ariano in eos, qui fidem catholicam profitebantur, anno 371 Caesareae commotae, [3] quae omnia Gregorii animum magno dolore affecerunt, de quibus tamen nostro carmine ne verbum quidem scripsit. Ea igitur nondum accidisse iure conicias. Videtur ergo carmen quod inscribitur περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν non diu post mortem Gorgoniae, i. e. anno 370 vel adeo exeunte anno 369 esse conditum.

Hoc autem anno Gregorius e Ponto, ubi aliquandiu monachus vixerat, Nazianzum redire coactus erat, cum parentes sive ob mortem Caesarii sive ob aliam causam auxilio eius indigerent. Haec mutatio loci, hic „reditus," ut ita dicam „in mundum," quo a rebus divinis contemplandis meditandisque avulsus multis curis ac sollicitudinibus quotidie implicabatur, animum eius summa quadam tristitia affecit. Conabatur quidem etiam tum ad monasticae vitae rationem quam proxime accedere, sed tamen longe a desiderata mentis quiete remanebat. Accedit ingens de morte Caesarii fratris, quem summopere amaverat, dolor. Tum versibus moestum animum effudit, non ut christianae religionis praecepta traderet, non ut se ab inimicis defenderet, non ob alias causas ob quas se versus scripsisse postea [4] testatus est. Gemitus et querelae

[1] Act. Sanct. ll.aa. — P. G. 35, col. 197; Benoit o. l. I, pag. 279. — [2] Cfr. Benoit l. a. — [3] P. G. 35, col. 193 seqq. Ben. I, pag. 362. — [4] Cfr. cap. 1, pag. 16 et 24.

sunt hominis qui, postquam per multos annos consolationes vitae contemplativae internaeque cum Deo unionis expertus est, ad res externas redire coactus dulcissima hac consuetudine privatur, amittit paullatim „sensibiles, ut aiunt, devotionis affectus gustumque spiritualem," sanctum fervorem refrigescere sentit, frustra laborat, ut in pristinum animi statum restituatur.

Alterum carmen longius, quo Gregorius interioris hominis vitam describit, illud est quod inscribitur θρῆνος περὶ τῶν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς παθῶν.[1] Quod antequam investigemus quo tempore compositum sit, necesse est paucis verbis de iis, quae a scholiasta quodam ad carmen primum adnotata sunt disputemus. Apud Caillavum[2] haec leguntur: „*Primitias* carminum Gregorii appellat scholiastes poema istud *et prooemium,* vice precis, in quo de omnibus, quae in vita contingunt, disserit et enarrat heroico carmine omnia, quorum ipse in vita sua periculum fecit." Quibus verbis editor hunc textum graecum addidit: „Προοίμιον ἐν σχήματι εὐχῆς, ἐν ᾧ φιλοσοφεῖ περὶ ὅλων τῶν ἐν τῷ βίῳ· διηγεῖται δὲ σχεδὸν τὰ ὧν κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωὴν πεπείραται· δι᾽ ἐπῶν προοίμιον." Quisnam sit ille scholiasta et cuinam codici adscripta sint verba haec apud editores non inveni. Nescio igitur, utrum haec sola verba scripserit necne. Quibus si alia addita non sunt, uti ex adnotatione quam dedit Caillau conicias, magnopere miror, doctissimum editorem Scholiastam de *primitiis* carminum *et exordio* dicentem facere. Quae duo nomina uno graeco nomine quod est προοίμιον significari, quis est qui contendere audeat? Neque recte dixisset scholiasta. Aliud enim est demonstrare, poetam nostrum pleraque carmina vel adeo partem eorum longe maiorem extremo vitae tempore condidisse, aliud affirmare, eum ante senectutem nullum omnino composuisse. Et tamen cum carmen de quo disputavimus

[1] Carm. XLV, P. G. 37, col. 1353 seqq. — [2] Ad carm. I, l. a. in adn.

scripsit, poeta ad senectutem iam pervenerat. Quod ipsius carminis multi versus testantur. „Ἤδη μοι πολιόν τε κάρη", moestus cecinit,[1]

ἤδη μοι πολιόν τε κάρη καὶ ἅψεα ῥικνὰ
ἐκλίνθη βιότοιο πρὸς ἕσπεραν ἀλγινόεντος.[2]

Nisi igitur, licet dubium hoc sit, scholiasta vocabulo προοιμίῳ quemvis hymnum, carmenve quodvis lyricum secundum antiquum morem indicari posse putavit, probet sententiam. Quamquam quid quaerimus argumenta? Habemus enim eaque gravissima, sed quae huic sententiae adversantur. Omitto epigrammata, quorum nonnulla ipse Caillau ante annum 371 composita esse censet, quae inveniuntur P. G. vol. 38, col. 11 seqq. Sunt quae in annum 357 remittantur neque dubito quin, si de singulis Gregorii epitaphiis et epigrammatis quaestio institueretur, non pauca alia ad id tempus referenda esse appareret. Sed de longiore carmine nunc mihi agendum est. Rogatus Gregorius anno 372 ab amico Hellenio,[3] olim studiorum socio, „cui illo anno munus incumbebat tributorum imponendorum,"[4] ut versus aliquot ad se mitteret, carmen trecentorum quinque versuum scripsit, quod initium sumit ab his verbis:

Δίζηαι μὲν ἐμῶν μύθων σθένος οὐκέτ᾽ ἐόντων
ἐξ οὗπερ κόσμῳ τῷδ᾽ ὀλιγοδρανέω,
σταυρὸν ἀειράμενος, φόρτον γλυκὺν, ὅς μ᾽ ἐσάωσε,
καὶ πάντων βροτέων Χριστὸν ἀμειψάμενος . . .

Quid igitur? Anno uno vel duobus ante poeta nullum unquam carmen scripserat? Scripserat. „Versus a me petis," inquit, (hanc enim esse significationem verborum τῶν ἐμῶν μύθων σθένος eo probatur, quod nullam aliam hoc loco admittunt[5]) „iam non mihi sunt," i. e. iam non facio versus ex quo tempore „mundum" reliqui. Scio equidem haec verba non ad litteras esse interpretanda.

[1] V. 305. — [2] Cfr. similes versus eiusdem carminis cap. I, pag. 7. — [3] P. G. 37, col. 1452. Cfr. Dubebout o. l. pag. 18. — [4] Dubedout l. a. — [5] P. G. 37, col. 1451. Cfr. etiam vv. 5, 12, 15, 19.

Longum enim poema, ut modo vidimus, anno 370/69 scripserat. Neque Hellenius anno 372 ab amico versus petiisset, si is per duodecim continuos annos nullos omnino fecisset. Sed multo pauciores, quam antea litterarum studiosus excercitii causa fecerat, nunc orator et monachus et sacerdos faciebat. Temere autem asseritur, immo contra veritatem asseritur, Gregorium anno 370/69 primum suum carmen scripsisse.

Verum, scholiasta fortasse id tantum dicere voluit, e carminibus quae nobis tradita sunt, illud, cui titulus περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν, esse omnium primum, alia vel a poeta esse deleta vel saltem non servata a posteris. Neque hoc verum esse carmine XLV demonstrabitur. Caillau hoc carmen anno 383 scriptum esse putat, [1] sed de eius sententia recte Dubedout: „Caillavus, [2] inquit, nescio qua ratione inductus carmen XLV anno 383 scriptum fuisse asserit. At Gregorius parentes ut vivos ibi memorat; patrem enim in medium ponit „olim procul a magno stantem ovili, cuius *nunc* magnum tenet gubernaculum ... ex ovibus pastor, nunc vero pater et pastorum pastor" (215—18). Igitur ante mortem eius i. e. ante a. 374 carmen conditum fuisse patet." Haec ille. Sed his etiam accuratiora temporis indicia habemus. Ea enim, quae poeta dicit: [3]

αὐτὰρ ἐγὼ τέθνηκα βίῳ, βαιὸν δ'ἐπὶ γαίης
ἄσθμα φέρω, φεύγω δ'ἄστεα καὶ μέροπας,
θήρεσι καὶ σκοπέλοισιν ὁμιλῶν, οἶος ἀπ' ἄλλων
ναιετάω λυπρὴν ῥωγάδα καὶ σχέδιον,

praesertim si comparantur cum vv. 313 seqq., quibus Deum rogat, ne iterum in „latum huius vitae mare" remittatur:

ἀλλὰ Πάτερ, Πατρός τε Λόγος καὶ Πνεῦμα φαεινὸν
μή με λίπῃς ...
μηδ' ὡς νῆα μέλαιναν, ἐΰπλοον, ὀρθὰ θέουσαν,
ἤδη καὶ λιμένων πλησίον ἱπταμένην,

[1] L. a. in adn. — [2] O. l. pag. 18. Cfr. Benoit o. l. I, pag. 78 in adn. — [3] Vv. 139 seqq.

λαίφεσι πεπταμένοισιν ἐπαΐξασα θύελλα
λευγαλέων ἀνέμων, ἐξαπίνης ὀπίσω
πέμψειεν παλίνορσον ἐπ' εὐρέα νῶτα βίοιο ...

demonstrant, ni fallor, Gregorium hoc poema composuisse, cum nondum ad parentes rediisset sed in Ponto monasticam duceret vitam. Necdum igitur Caesarius frater [1] mortuus erat. Scriptum est ergo carmen XLV ante annum 369. Quam diu autem ante? Respondet Dubedout: [2] „non diu ante patris mortem, ... cum Deum sub finem precetur ut senium et carum caput servet." [3] Quae verba duabus tantum litteris mutatis mea facio. Dicendum igitur est, alterum carmen longius, quo Gregorius interioris hominis vitam describit, non diu ante mortem Caesarii fratris conditum esse.

Hoc addendum est loco quartum illud, quod mihi praenotandum esse initio dixi. Scholiastae verba male interpretatus Caillau Gregorium omnia carmina, quae de se ipso composuit post carmen, cui titulus περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν, composuisse putavit. Quo factum est, ut singulis carminibus annum aliquem inveniret post annum 371. Licet autem revera plurima carmina sint quorum vel totum argumentum vel verba nonnulla demonstrant, ea post annum 371 esse scripta, sunt tamen alia quae aut nulla, aut incerta tantum temporis indicia offerant. Ad haec igitur suo quodque anno designanda verborum scholiastae interpretatione, quam supra impugnavimus, argumento uti non licet.

Ad carmen II [4] quod inscribitur ὅρκοι Γρηγορίου editor recte adnotavit: „In isto poemate Gregorius vitae suae legem ac regulam tradit." Monet fere ratio, ut eiusmodi legem versibus conceptam flore aetatis potius quam ad exitum vergente vita a Gregorio sibi traditam esse putemus. Quam ob causam eidem doctissimo viro non adsentior, qui carmen hoc anno 372 attribuit ea fortasse ratione

[1] Vide pag. 41. — [2] L. a. — [3] V. 343: ἀλλὰ σάω καὶ γῆρας ἐμὸν πολιόν τε κάρηνον. — [4] P. G. 37, col. 1017.

adductus quam modo reiecimus. Verum quidem est, Gregorium anno 372 ad episcopatum consecratum esse ideoque fieri potuisse, ut tum talem normam sibi composuerit, sed haec verisimilis quaedam coniectura non certa argumentatio est. Nullum in ea legitur praeceptum, quod episcopi proprium est, quare nihil obstare videtur, quominus Gregorium diu ante, v. g. postquam anno 361 sacerdos est consecratus, vel anno 357 monasticae vitae rationi se addixit, vel etiam postquam baptizatus est, quod sacramentum aut Athenis [1], cum litteris operam daret, aut non multo post Nazianzi suscepit, hanc vitae suae legem sibi versibus scripsisse censeamus. — En aliud carmen, quod initio monasticae vitae a poeta nostro scriptum esse non sine aliqua ratione dixeris. Mundo enim valedicentis est, non quasi mox sibi moriendum esse poeta putet, sed quia asceticam agere vitam instituit.

Πρὸς τὸν αὑτοῦ θυμόν. [2]

῎Αλλοι χρυσὸν, [3] οἳ δ᾽ ἄργυρον, οἳ δὲ τράπεζαν
τιμῶσι λιπαρὴν, παίγνια τοῦδε βίου·
ἄλλοι δ᾽αὖ σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γύας ἄλλοι
πυροφόρους, ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας·
αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὃν ποτ᾽ ἴδοιμι
νῷ γυμνῷ καθαρῶς· ἄλλα τε κόσμος ἔχοι.

Fateor equidem id certum non esse. Verum, tibine verisimilius esse videtur id quod putat Clemencet, Gregorium carmen hoc scripsisse post annum 383, i. e. aliquot annis antequam grandaevus mortuus est? Profecto anno

[1] De anno quo Gregorius baptizatus est cfr. Benoit, o. l. I, pag. 47. In adnotatione sententias enumerans eorum, qui de anno quo G. baptizatus sit scripserunt, de doctissimo Clémencet haec habet: „Notre opinion (Greg. Athenis esse baptizatum) a déjà été suivie par Baronius. Clémencet la mentionne, *sans se prononcer*." (Vita Greg.). Sed hoc non recte scripsisse videtur v. d. No. enim 53 o. l. haec leguntur: „Itaque standum est, ut nobis videtur, Greg. presbyteri (biographi) sententiae, qui scribit G. nostrum *patriae restitutum* primum divino baptismate tinctum." — [2] Carm. LXXXII, P. G. 37, col. 1428. — [3] Legendum fortasse: „χρυσὸν [ἔχειν]."

383 iam parum curabat aurem et argentum, qui triginta ferme annis ante omnia [1] quae possidebat Deo dicaverat. Neque viro doctissimo Dubedout adsentiendum est, qui scripsit: [2] „Carmina XLII—XCIX post annum 383 ad mortem usque Gregorius exaravit." Argumentationem addit: *non enim iis inesse anterioris temporis indicia*… „tantum, inquit, de malis animi aut de morbo aut de daemonum vexationibus queritur. Seniles questus merito dicas." Hic nondum inquiro, num ex eo quod quis de daemonum vexationibus queratur, merito concludatur, poetam iam fere moribundum esse. Id tantum dico, in carmine quod protuli ne ea quidem „senectutis" indicia inveniri. Atque haec quae de carmine LXXXII dixi ob easdem rationes de carminibus LXXXI et LXXXVI [3] dicenda sunt. – Etiam carmen LI [4] initio vitae monasticae a Gregorio scriptum esse videtur, seu potius antequam huic vitae rationi se addixit. Dolere se dicit poeta peccata sua; non timere se mortem, quae aliquando veniet, sed Dei iudicium quod mortem sequetur. Versu autem 13 haec leguntur:

Λείψω μὲν θαλίας τε ὁμηλικίην τ᾽ ἐρατεινήν·
λείψω δ᾽ αὖ μύθων τε μέγα κλέος, εὐγενέος τε
αἵματος, ὑψορόφους τε δόμους, καὶ ὄλβον ἅπαντα.

Sed haec omnia iam multo ante annum 384 reliquerat! Legantur insuper ea quae Gregorius tum in aliis carminibus tum praesertim in Carmine XLV [5] de austera vitae suae ratione scripsit. Ne igitur cum Caillavo et Dubedout carmen istud post annum 383 remittas, sed potius ante annum 357 scriptum esse censeas.

Carmen XXIII, cui titulus εἰς τὴν ἀναχώρησιν, [6] Gregorius condidit, cum sacerdos populum doceret, ut dicit his versibus: [7]

[1] Cfr. carm. XI, vv. 270 seqq. — [2] O. l. pag. 21. — [3] P. G. 37, col. 1427 et 1432. — [4] O. l. col. 1393. θρηνητικὸν ὑπὲρ τῆς αὑτοῦ ψυχῆς. — [5] Vv. 141 seqq. — [6] Ib. col. 1282. — [7] Vv. 17/19.

ἐγὼ τραπέζης μυστικῆς παραστάτης·
ἐγὼ καθαίρω λαὸν, ὃν Σοὶ προσφέρω
ἐν τοῖς ἀναίμοις καὶ τελείοις δόγμασιν.

Iam vero sacerdos factus est die [1] Nativitatis Domini anno 362. Cum autem verisimile non sit, Gregorium quo tempore in Ponto et Seleuciae monachus degeret „officiis pastoralibus," ut aiunt, functum esse, carmen XXIII conditum est aut anno 362 post diem festum Paschalem, aut annis 364—367, aut annis 369—374, aut post annum 379 [2]. Siquidem extra haec tempora in desertis locis vivere solebat. Idem censendum est de illo, quod initio huius capitis [3] protuli, carmine XX, quo poeta aegrotus, sacerdos, Deum precatur, ut sibi restituta valetudine rursum populum καθαγνίζειν liceat. Non enim omnia carmina, quibus Gregorius se morbo laborare dicit, ob hanc solam rationem ad sex ultimos vitae annos, ut Dubedout placuit, releganda sunt. Hoc ut faciamus constare necesse est, Gregorium ante annum 382 nunquam aegrotasse. Quem contra saepius morbo laborasse certo scimus. Immo permagnam vitae partem continuo tristissimoque morbo laboravit, a quo nonnunquam quidem aliqua ex parte recreabatur, quo tamen ad mortem usque vexatus est. Benoit his verbis morbum hunc describit: [4] „Les douleurs aiguës dont le saint eut souvent à se plaindre, l'immobilité à laquelle il se trouva parfois réduit, les eaux thermales qui lui furent prescrites: tout semble indiquer, qu'il était atteint d'un rhumatisme goutteux... Cette affection passée chez lui à l'état chronique était, d'ailleurs, considérablement aggravée par un état habituel d'épuisement". Alibi narrata [5] matris

[1] Cfr. Or. 1, no. 2. P. G. 35, col. 396 et schol. Nic. Dav. o. l. 36, col. 947. — Vide etiam Papebrochium, o. l. pag. 383. l. — [2] Ad hunc temporis ordinem cfr. ea, quae de Gregorii Pontica solitudine doctissime disputavit Papebrochius, Act. Sanct. o. l. pag. 370. Vide etiam Benoit o. l. I, pag. 372 et Maurin. Vit. Greg. P. G. 35, col. 180—209. — [3] Pag. 30. — [4] O. l. II pag. 313. — [5] O. l. I pag. 531; anno 374.

Gregorii morte hunc morbum causam fuisse suspicatur, ob quam Gregorius orationem funebrem in matrem non habuerit. Quidquid est, ipse poeta iam anno 369/70 in carmine illo [1] de quo omnium primum disputavimus morbi quo antea laboraverat mentionem fecit, quem cum inter res illas quae summo unquam dolore se affecissent eum enumeret, satis gravem habuisse videtur. In epitaphio XCIII [2] dicit, se olim iamiam moriturum piis ad Deum precibus valetudini restitutum esse. In epistulis [3] quas annis 365—369 ad Philagrium misit cum amico se aegrotare communicat. Postremo, *continuo* morbo se laborare dicit in carmine quod inscribitur περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον vv. 1443, seqq., qua carminis parte narrat se domi retineri morbo, qui laborum suorum perpetuus comes esset, seu potius morbo qui

.... ἤρκτο συνδραμοῦσα τοῖς πόνοις.

Strenue autem per totam vitam inde a iuventute laboravit, ut ipse alibi [4] τοὺς ἐκ νεότητος πόνους commemorans testatur.

Ad senectutem iam pervenerat, cum tria carmina [5] XXIV—XXVI scripsit, quibus tituli εὐχὴ ἑωθινή, πρὸς ἕσπεραν θρῆνος, δέησις πρὸς Χριστὸν τῇ ἐπαύριον, quae eodem fere die condita sunt. Primo enim Deo diem consecrat, secundo dolet, quod Ei

... τὴν παροῦσαν ἡμέραν καθαγνίσας

tamen peccavit:

οὐ πάντα φωτεινόν με νὺξ ἐδέξατο,

tertium initium sumit ab his verbis:

ἐζημίωμαι Χριστὲ τὴν χθὲς ἡμέραν.

Cum autem poeta v. 5 carm. XXIV dicat

αἰσχύνομαι τὸ γῆρας ἂν κάκιστος ὦ,

eum ad senectutem iam pervenisse concludere licet. Verum,

[1] Vers. 327 seqq. — [2] P. G. 37, v. 3 col. 1448. — [3] Ib. 37, ep. 35, 36, col. 77. — Cfr. etiam ep. ad Procopium et eam quae seq. col. 163. — [4] Ep. ad Bosporium; ib. 37, col. 164. — [5] Ib. 37, col. 1284/6.

ad *annum* quo scriptum sit accurate designandum non multum prodest scire poetam nostrum se senem dicere, quippe qui satis longam senectutem protraxerit. Qui mortuo Caesario fratre longum illud poema I componens — anno 369/70 — iam senectutem suam lamentatur: [1]

ἤδη μοι πολίοντε κάρη, καὶ ἄψεα ῥικνά
ἐκλίνθη βιότοιο πρὸς ἕσπεραν ἀλγινόεντος,
καὶ κύπτω ποτὶ γαῖαν....

et iterum ... χαλεπὸν δὲ πάθος κατὰ γῆρας ἔχευε,
et tertio: νῦν δ'ὅτε μῦθον ἄγειρα, βίου δ'ἐπὶ τέρμαθ' ἱκάνω.
Longum igitur ab anno circiter 368 usque ad annum 389 temporis intervallum est, quo Gregorius carmina XXIV—XXVI scribere potuit.

Quod de eius senectute ut temporis indicio censendum esse dixi, idem de cura et sollicitudine in qua saepe versari se queritur dicendum est. Neque illas tantum post annum 383 expertus est. Ne longus fiam unum tantum afferam exemplum. Eodem carmine primo v. 140 seqq. dicit:

καὶ γὰρ δὴ πυκιναί με καὶ ἀργαλέαι μελεδῶνες
βοσκόμεναι ψυχήν τε καὶ ἄψεα νύκτα καὶ ἦμαρ
οὐρανόθεν κατάγουσιν ἐπὶ χθόνα, μητέρ' ἐμοῖο.

Deinde ea quae de amicis suis eodem carmine dixit: [2]

παῦροι δ' αὖ φιλέουσιν ὁμοίϊα δυσμενέεσσι
πρίν τι λαβεῖν τίουσιν, ἀτὰρ στυγέουσι λαβόντες,

et paullo post οἳ δὲ φιλεῦντες
νηνεμίην, ἑτάρων ὀλίγην φρῖκα τρομέουσι,

nos monent ut caveamus, ne omnia eius carmina, quibus infidos amicos carpit post annum 381 remittamus, quamvis certum sit, [3] eum etiam tum magno ab amicis dolore affectum esse. Denique de daemonum vexationibus seu tentationibus quas vocant quid opus est dicere? Homini

[1] Vv. 305/6, 361, 489. Cfr. ea quae adnotavi cap. 1 pag. 6. — [2] Vv. 185 et 696. — [3] Cfr. praeter alia carm. IX, XI, XXX, passim. Nomine „amicorum" saepissime pro more eius aetatis intellegendi sunt homines catholici prout opponuntur haereticis.

non ad septuagesimum aetatis annum exspectandum esse, ut eas in se experiatur facile intellegitur. Quod qui non intellegit audiat ipsum Gregorium de diaboli tentatione dicentem [1] „πολλάκι μοι καὶ πρόσθεν ἐπήλυθεν." Ne igitur carmina ob id solum, quod in illis de huiusmodi animi angoribus agatur, post annum 383 scripta esse dicantur.

His dictis, de carminibus, quae non alia temporis indicia afferunt nisi quod poeta de amicis, peccatis, tentationibus, morbo, senectute, aerumnis queritur, haec certo statuere possumus. Carmina XXIV—XXVI, LXXII, LXXIII, LVII quibus de senectute, XXVIII, XLVI, LV, LXXV, LXXVI quibus de senectute ac de daemonum vexationibus, XXII quo de senectute et morbo et daemonum vexationibus agitur, post annum circiter 368 scripta sunt. Quam diu vero post incertum est. Normam ut sibi utilem ita aliis vanam atque inanem facit, quicumque nimium inquirit, fueritne poeta hic sexagenario illic septuagenario maior. Sic mihi quidem poeta carmina LXXV et LXXVII scribens provectioris aetatis fuisse videtur, quam cum carmina LXXII et LXXIII scripsit, sed alii fortasse aliter sentiunt. Querelas de daemonum vexationibus vel de peccatis habemus carminibus XXI, XLVII—XLIX, LIV, LVI—LVII, LXIX, LXX, LXXIX, LXXX, LXXXIII, LXXXV, quae si sola considerantur neque terminus post quem neque terminus ante quem condita sint certo statui potest. Conicere licet Gregorium ea diversis vitae temporibus condidisse. At multa eorum tantam habent similitudinem cum nonnullis aliis quae certo a poeta sene scripta sunt, ut etiam illa eidem tempori verisimili ratione attribui possint. — Carmina LII, LIII, quibus amicos carpit, anno 369/70 post Caesarii mortem vel anno 381/2 postquam Constantinopoli relicta Nazianzum rediit eum scripsisse credideris. [2] Morbum denique et aerumnas carmine LXXXVII,

[1] Carm. LXXXIII, v. 7. P. G. 37, col. 1429. — [2] Cfr. carm. XXX, v. 130 seqq. 37, col. 1295.

tristem hominis vitam carmine LXXIV canit. Quo vero tempore utrumque composuerit incertum est.

Cum carmen XIX quod est σχετλιαστικὸν ὑπὲρ τῶν αὑτοῦ παθῶν scripsit ecclesiae Nazianzenae relicta Constantinopolitana iterum praeerat. Quod aperte dicit vv. 61—80. Nondum vero diu hanc ecclesiam regebat, uti conicere licet ex eo quod postquam se munus ingratum suscepisse narravit: [1]

τοὔνεκεν αὐχέν᾿ ἔκαμψα, τεὴν (Dei) δ᾿ὑπὸ χεῖρα κραταιήν
δέσμιος ἔρχομ᾿ ἔγωγε...

statim addidit: τῇ νῦν Χριστὲ φέροις με ὅποι φίλον.
Atqui hanc praefecturam gessisse videtur a medio anno 382 usque ad finem anni 383. [2] — Ut a mobo recrearetur media aestate [3] anni 383 thermis Xanxaridis usus est. Ipse enim in epistula [4] ad Olympium data scribit: „καὶ τοῖς Ξανξαρίδος θερμοῖς χρήσασθαι ἀναγκαῖον ἐγένετο." Ibi carmen LXXXIX composuit, cui titulus εἰς τὴν νόσον. Nam versu 5 legitur:

Ἰδοὺ τὰ θερμά. Τὴν κολυμβήθραν ἔχω˙ [5]
ποῦ δ᾿ ἄγγελός μοι; δεῦρο, φαρμάσσοις ὕδωρ.
Εἰ δ᾿ οὐ, Σὺ Σῶτερ, εἰπε, καὶ παγήσομαι.

Postquam exeunte anno 383 morbo superatus etiam sede Nazianzena se abdicavit, aliquandiu a curis et sollicitudinibus liber Carbalae (Arianzi) solitarius vixit. Unde expulsus [6] exsul huc illuc errare coactus est. Tum forsan carmina XLII et XLIII cecinit, quibus tristem ad Deum animum effundit:

XLII v. 6—10 Πῶς μοῦνος τρηχεῖαν ἔβην ὁδὸν ἔνθα καὶ ἔνθα,
στρωφῶν ἀργαλέοιο βίου τύπον, οὐδ᾿ ἐδυνάσθην
οὐδ᾿ ὅσον ἕν ποτ᾿ ἐλαφρὸν ἐπὶ χθονὸς ἴχνος ἐρεῖσαι...
ἀλλ᾿ ἀεί με μόγοισι μόγοι πέμπουσι κακοῖσιν;

[1] Vv. 80/3. — [2] Cfr. Benoit o. l. II, pag. 257 seqq. et 277 seqq. — [3] Ib. pag. 262. — [4] Ep. 125, P. G. 37, col. 220. — [5] Io. 4, 2. — [6] Cfr. ep. 203 ad Vitellianum, P. G. 37, col. 336.

et XLIII v. 9 καὶ νῦν ξεῖνος, ἔρημος ἐπ᾿ ἀλλοτρίης ἀλάλημαι...
ζώων ἦμαρ ἐπ᾿ ἦμαρ ἀειπλανέεσσι πόδεσσι.

Sunt quinque carmina XXVII, XXIX, L, LXXI, LXXXIV, quibus poeta timere se dicit, ne adversarii haeretici se morbo confectum rideant fidelesve christiani a Deo relictum esse putent, veluti carmine XXVII: [1]

μή τις ὀλισθήσῃ πήμασιν ἡμετέροις.

Haec igitur non magno temporis intervallo composita esse existimo. Cum autem carminibus [2] L et XXVII Gregorius dicat, se iam Constantinopoli rediisse, statuendum est, carmina haec post eius reditum scripta esse tempore aliquo, quo [3]

οὐκέτι μὲν θυέεσσιν ἁγνοῖς ἐπὶ χεῖρας ἄειρ(εν).

Dein ex his versibus: [4]

εὐρὼς δ᾿ ἀμφὶ βίβλοισιν ἐμαῖς, μῦθοι δ᾿ἀτέλεστοι,
οἷς τίς ἀνὴρ δώσει τέρμα, φίλα φρονέων;

Gregorium cum hoc carmen scriberet episcopatum ecclesiae Nazianzenae abdicasse et aliquandiu orationibus carminibusve perficiendis atque edendis vacasse conicio. Quod si ita est, annum 384 terminum esse post quem scripta sint verisimile est. Paragrapho tertia [5] videbimus, carmen XXX verno tempore anni 382 esse fictum. Quare cum carminibus XXXI et XXXIII, quae inscribuntur πόθος τοῦ θανάτου et πρὸς Χριστόν, eaedem denotentur, quae carmine [6] XXX enumeratae sunt iniuriae, censeo, haec duo carmina eidem fere tempori esse tribuenda. Denique Gregorius carmen LXXVIII, cui titulus εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, quod est adhortatio quaedam, ut de se, de vita sua, de Deo, de Dei providentia frequenter cogitet, post reditum ex urbe Constantinopoli scripsit; [7] quandiu vero post incertum est.

Resumentes ea quae dicta sunt de tempore, quo Gregorius

[1] V. 10. — [2] Carm. L, v. 89; carm. XXVII, v. 11/12. — [3] Carm. L, v. 49. — [4] Vv. 53/4. — [5] Vide pag. 70. — [6] Cfr. XXX, v. 129—135; XXXI, v. 1; XXXIII, v. 9—16. — [7] Cfr. v. 14.

Nazianzenus carmina, quae asceticae eius vitae rationi congruunt, condiderit, haec statuere nobis licet. Verum est, maiorem carminum partem a Gregorio extremo vitae tempore scripta esse; verum non est, omnium quotquot condidit carmen, cui titulus περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν esse primum. Nihil ergo obstare videtur, quominus nonnulla carmina ante annum 369/70 remittantur. Hanc ob causam et propter alias, quas attuli, carminum ordinem a viris doctissimis Clemencet, Caillau, Dubedout, aliis statutum aliquatenus mutandum esse existimo et quidem hoc modo. Adscripserunt viri doctissimi

anno	371	372	382	383	post a. 383
carm.	I	II	XIX-XXXIX	XL-XLV	XLVI-LXXXIX

Dicendum potius est:

A *Certum* est,

carmen XLV scriptum esse anno 368/9.
I " " " 369/70.
LII, LIII " " " 369/70 vel 382/3.
XXII, XXIV—XXVI, XXVIII, XLVI, LV, LXXII, LXXIII, LXXV—LXXVII, LXXXVII " " post annum 368/9.
XX " " " 362.
XXIII " " vel anno 362.
" " 364—367.
" " 369—374.
" " post annum 379.
LXXVII " " post annum 381.
LXXXV, LXXXVIII " " anno 382 exeunte.
LXXXIX " " aestate anni 382.

XLII, XLIII scriptum esse medio vel exeunte anno 384.
XXVII, L, LXXI, LXXXIV " " post annum 383/4.

B *Verisimile* est scripta esse ± anno 357:
carmina II, LI, LXXXI, LXXXII, LXXXVI.

C Variis vitae temporibus scripta sunt carmina XXI, XLVIII—XLXI, LIV, LVI—LXVII, LXIX—LXX, LXXIX—LXXX, LXXIV. Horum autem nonnulla condita esse post annum 383 verisimile est.

---

§ 3. QUO VITAE TEMPORE GREGORIUS CARMINA APOLOGETICA CONDIDERIT.

Ea quae adhuc consideravimus Gregorii Nazianzeni carmina autobiographica hoc inter se commune habent vinculum, quod omnis vel saltem praecipua vis, quae poetam ad ea scribenda incitavit, ex ipsius animi internis affectionibus orta est, nulla vel exigua tantum causa externa commovente. Haec vero de quibus nunc agendum nobis est poeta externa potius causa adductus composuit. Sunt nimirum ea quibus se defendit ab inimicis eorumque in se calumnias et accusationes refellere conatur. Bis praesertim versibus se defendit, primum postquam Constantinopolitanae ecclesiae episcopatu se abdicavit, deinde aliquanto post, cum de regenda Nazianzena iterum agebatur. Nonnulla autem carmina, de quibus iure ac merito etiam paragrapho praecedenti agi potuerat, ideo huc rettuli, quod omnia, quae ad res a Gregorio Constantinopoli et Nazianzi gestas, pertinent, si in unam quasi seriem colliguntur melius et facilius tractari atque intellegi posse mihi visa sunt. Appendicis loco de reliquis carminibus, quae inscribuntur περὶ ἑαυτοῦ quaedam dicentur.

Carmen III quod inscribitur [1] ἐνοδία Κωνσταντίνου πόλεως Muratorio „lucubrasse videtur poeta, cum e cathedra Constantinopolitana qua se abdicaverat ad solitudinem ruris paterni sese contulerat." [2] Quod quomodo fieri potuerit, ut a viro docto scriberetur, non intellego, nisi hisce fortasse versibus sententiam hanc commendari putavit, quibus poeta Deum rogat: [3]

[1] P. G. 37, col. 1020. — [2] Ib. in adnot. — [3] Vv. 18 seqq.

ὡς δεξιῶς ἅπαντα καὶ κατ' ἐλπίδας
πράξαντες, αἴσιόν τε τῆς ὁδοῦ τέλος
εὑρόντες, αὖθις πρὸς φίλους καὶ συγγενεῖς
παλινδραμῶμεν, ἀσμένοισιν ἄσμενοι
φανέντες οἴκοι καὶ πόνων πεπαυμένοι.

Quae quidem verba, si sola considerantur, Gregorio domum redeunti attribui posse non negabo, modo ne dicatur ea aliam interpretationem non admittere. Poeta enim Constantinopolim proficiscens eosdem versus scribere potuit, cum nihil obstet, quominus ita intellegantur, ut Gregorius Deum roget, ut sibi aliquando „omnibus feliciter et ex spe peractis prosperumque viae finem nacto," [1] i. e. postquam munere rite functus sit, domum redire liceat, αὖθις παλινδραμῶμεν." Cui interpretationi titulus carminis favere videtur, qui potius urbem in quam tenditur quam quae relinquitur significare solet. Sed haec parvi momenti sunt. Verum, Gregorius bis Constantinopoli degit, primum cum anno 356 Athenis domum redibat, deinde ab anno 379 ineunte ad medium annum 381. [2] Atqui carmen hoc non scripsit cum anno 356 Constantinopolim iter fecit. Nam in oratione funebri, quam in Caesarium fratrem habuit, [3] narravit utrumque (Caesarium et Gregorium) Constantinopolim convenisse „(τ)ὸ(ν) μὲν ἀπὸ 'Αλεξανδρείας (Caesarium, qui ibi [4] medicinae studio operam dederat) (τ)ὸ(ν) δὲ ἀπὸ τῆς 'Ελλάδος," et paullo post „venimus, inquit, ὃ μὲν ἀπὸ γῆς ὃ δὲ ἀπὸ θαλάσσης." Verbis ὃ μὲν hoc ultimo loco intellegi non posse Caesarium, qui Alexandria venerat, luce clarius est. Ergo Gregorius cum primo Constantinopolim profectus est terra non mari iter fecit. Iam vero nostro carmine de peregrinatione transmarina agitur. Dicit enim: [5]

ἀλλά μοί τιν' ἀγγέλων
πέμποις ὁδηγὸν, δεξιὸν παραστάτην,

[1] Translatio Caillavi l. a. — [2] Cfr. cap. I, pag. 21, adnot. — [3] P. G. 35, or. 7, no. 8, col. 763. — [4] Ib. col. 762. — [5] Vv. 5 seqq.

ὅς με στύλῳ πυρός τε καὶ νέφους ἄγοι
τέμνοι δὲ πόντον...

Sed neque cum hoc anno Constantinopoli Nazianzum revertit carmen III finxisse videtur. Obstant huic interpretationi praeter argumentum e titulo desumptum versus 13—17:

τὴν δὲ τραχεῖαν καὶ προσάντη μοι τρίβον
λείαν τιθείης, εὔπορόν τε σῷ λάτρῃ,
ὡς πολλάκις με καὶ τὸ πρὶν χειρὶ σκέπων
γῆς καὶ θαλάσσης ἐξέωσας κινδύνων,
νόσων τε δεινῶν, δυσμενῶν τε πραγμάτων,

qui versus suadent, ut poetam iam provectioris aetatis fuisse censeamus. Dein anno 381 vix scribere potuit se redire

ὡς δεξιῶς ἅπαντα, καὶ κατ᾽ ἐλπίδας
πράξαντες...

nam, uti mox videbimus, omnia alia carmina, quae hoc anno scripsit, demonstrant eum propter miserum statum ecclesiae Constantinopolitanae summa quadam animi tristitia affectum fuisse. Sequitur ut carmen III anno 379 ineunte conditum sit.

De carminibus IV—X dubitari nequit. Verba enim carm. IV [1] θρόνων δ᾽ ἐγὼ εἴξω probant, illud scriptum esse cum Gregorius se episcopatu abdicare vellet. Deinde carmen X [2] valedicentis esse, VIII et IX [3] abeuntis, XV [4] advenientis in patriam ipsa docent argumenta. Paucos tantum versus afferam, v. g. carm IX: [5]

Μετῆλθον, ἦλθον, ἔρχομαι· μίξις μ᾽ ἔχει
τρόμου χαρᾶς τε· τοὐμὸν ἐτάζω βάθος,
μή τι χρεωστῶ, Χριστέ μου· πλὴν ἔρχομαι
ζῶον διωχθὲν ἐν βίῳ, μάλιστα δὴ
ἐχθροῖς φίλοις τε...

[1] P. G. 37, v. 2/3 col. 1022. — [2] Πρὸς τοὺς τῆς Κωνστανινοπόλεως ἱερέας καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν, ib. col. 1027—30. Cfr. versus allatos cap. 1. pag. 23. — [3] Πρὸς τοὺς φθονοῦντας, ib. col. 1025; πρὸς τοὺς αὐτούς, col. 1026. — [4] Εἰς ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπάνοδον, ib. col. 1250—54. — [5] Vv. 1/5.

et carm. XV: [1]

ἔρχομαι ἐκ βιότοιο λιπὼν μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
τῇ καὶ τῇ χαλεποῖς πνεύμασι βρασσόμενον,
ἔρχομ᾽ ἔχων ὅσ᾽ ἔρεξα, καὶ ὅσσ᾽ ἐμόγησ᾽ ἀπολείψας,
τοῖς μὲν ὑποτρομέων, τοῖσι δὲ γηθόσυνος·
οὐδὲν τερπνόν ἔλειψα, τό κεν πόθεων ἀκαχοίμην·
τοῖσι μὲν οὐκ ἐθέλων, τοῖς δ᾽ ἐθέλων ἐδάμην.

Neque multo post abdicationem scripta sunt carmina V—VII, [2] quibus de grege pastore orbato queritur, ut carmine V: [3]

τίς θρόνους ἐμοὺς ἔχει;

et carmine VI: [4] τῶν δ᾽ἐμῶν τέκνων τυχὸν
ἄλλοι κατασκιρτῶσι, πιθανοῖς λόγοις
συναρπάσαντες,

et carmine VII: [5] ἂν ἄλλον εὕρητ᾽ ἀντ᾽ ἐμοῦ, τιμήσατε.

Nondum igitur sciebat, Nectarium sibi suffectum esse, quod eodem quo se abdicaverat mense Iulio factum est. [6]

Ad longum poema XI [7], quod inscribitur περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον adnotavit Clemencet: „Carmen istud, omnium quotquot condidit Gregorius longissimum et quod vitae varios eventus describit, tunc videtur condidisse cum abdicata sede Constantinopolitana liber discessit. Illud enim non nisi ad sedis abdicationem prosequitur." Alia argumentatione usus est Dubedout. [8] „Sed imprimis, inquit, carmen de vita sua haud multo post eius discessum composuit; famae enim suae consulendum erat adversus rumores, quos invidi episcopi spargebant." Qua opinione cum Bollandistis ad litteras fere consentit. Volumine enim XV saepius iam laudato pag. 420 (adn. a) legitur: „In hac quiete (i. e. post eius abdicationem) statim composuit carmen de vita sua ad Constantinopolitanos; necessarium ratus ut famae suae

[1] Vv. 1/6. — [2] Πρὸς τὸν Ἀναστασίας λαόν, πρὸς τοὺς αὐτούς, πρὸς τοὺς ἀφίλους ἐξιτήριον, P. G. 37, col. 1022—24. — [3] V. 8. — [4] V. 7/9. — [5] V. 5. — [6] Cfr. Hefele, Conc. Geschichte. II, pag. 10 seqq. — [7] P. G. 37, col. 1029—1166. — [8] O. l. pag. 19.

consuleret adversus rumores, quos invidi spargebant, quasi abdicare coactus fuisset." — Sunt haec omnia alicuius quidem momenti, sed rem non dirimunt. Etenim etiam si Gregorius anno 382 vel adeo 383 scripsit, „ut famae suae consuleret" eum scripsisse iure ac merito dixeris, nisi probetur *statim* post discessum rumores sparsos esse. Quod non fecerunt viri docti. Recte tamen videntur iudicasse. Nam iis quae de carmine XIV dicenda erunt, si non certum saltem veri valde simile reddetur, rumores istos statim post abdicationem circumiisse. Quod vero attinet ad eam argumentationem qua usus est Clemencet, opus Gregorio non erat, narrare ea quae post abdicationem gesserat, quippe quae et omnibus nota neque tanti essent momenti, ut omitti nequirent, cum praecipue alia maiora omisisset. Insuper addo, id quod capite tertio fusius ostendere conabor, Gregorii mentem non tam fuisse totam vitam versibus enarrare quam defendere ea quae Constantinopoli a se gesta erant.

Alia igitur et si fieri potest paullo accuratiora temporis indicia quaerenda sunt. Versu 1024 poeta, postquam res a Maximo adversario suo, episcopo intruso (ut voce sollemni apud scriptores ecclesiasticos utar) gestas narravit et exposuit quomodo hic tum Constantinopoli tum Alexandria eiectus esset, haec scripsit:

> Καὶ νῦν δοκεῖ μὲν ἠρεμεῖν, δέος δέ μοι
> μή που τὸ δεινὸν καὶ χαλάζης ἔγκυον
> νέφος, συνωσθὲν ἐκ βιαίου πνεύματος,
> τοῖς οὐ δοκοῦσι τὴν χάλαζαν ἐκχέῃ.
> Οὐ μὴ ποτ᾽ ἤρεμον γὰρ ἡ μοχθηρία
> οὐδὲν φρονήσει, κἂν σχεθῇ παραύτικα.

Itaque Gregorius cum hoc carmen condidit nondum sciebat, quid Maximus post excommunicationem ageret. Notum est autem ex historia conciliorum ecclesiasticorum [1] eodem anno 381 duo concilia in Italia habita esse, quorum alterum die 3° Septembris Aquileae, alterum non multo post

[1] Hefele o. l. II, pag. 40 seqq.

Mediolani initum est. Supersunt epistulae a s. Ambrosio episcopo Mediolanensi datae ad episcopos Galliae et ad imperatores, quibuscum ea quae in his conciliis acta erant communicavit. In ea autem epistula, quae apud Migne inscribitur [1] 13ª, haec ad Theodosium imperatorem scribit: „ . . . namque in concilio nuper, cum Maximus episcopus Alexandrinae ecclesiae communionem manere secum, lectis Petri [2] sanctae memoriae viri litteris, prodidisset; . . . nihil habuimus, beatissime principum, in quo de episcopatu eius dubitare possemus." Et paullo post: „itaque cum Maximum episcopum receperunt in communionem nostra consortia, quoniam eum a catholicis constat episcopis ordinatum, nec ab episcopatus Constantinopolitani petitione putavimus removendum." Adfuerat igitur Maximus concilio huic ibique [3] multos episcopos inter quos s. Ambrosium, ostensis Petri Alexandrinae ecclesiae episcopi litteris, sibi conciliaverat. Haec omnia ultimis mensibus anni 381 facta sunt. Atqui Gregorium de his non fuisse factum certiorem adeo a vero abesse videtur ut vel omnium primus ea novisse censendus sit, tum quia episcopus Constantinopolitanus Maximum excommunicaverat, tum quia Maximus in eum potissimum prava sua consilia ceperat. Ergo Gregorius carmen de vita sua exeunte anno 381 condidit.

Hunc locum aptissimum iudico quo de vehementi illa satira, quam in Maximum scripsit quaedam dicantur. Est carmen XLI apud Caillavum, [4] qui illud in annum 383 remisit. Sed fieri vix potuit, ut Maximus Constantinopoli, Alexandria, e tota Oriente expulsus, ab omnibus episcopis orientalibus, etiam ab iis, qui in aliis rebus Gregorio adversati erant damnatus, [5] post duos annos rediret ibique contra Gregorium scriberet. Scripsit autem et quidem

[1] P. Latina. 16, 2, 1. — [2] Hic paullo ante episcopus ecclesiae Alexandrinae fuerat. — [3] Postea de rei veritate certiores facti etiam epp. occidentalis ecclesiae Maximum reliquerunt. Cfr. Benoit o. l. II, pag. 89/90 — [4] P. G. 37, col. 1339, πρὸς Μάξιμον. — [5] Hefele o. l. II, pag. 22/3.

praesens non ex Italia vel ex alia regione longinqua, ut e modo quo Gregorius ei respondit satis apparet. Hic enim quasi praesentem adgrediens initium sumit ab his verbis:

Τί ταῦτα; τολμᾷς καὶ σύ, Μάξιμε γράφειν;
γράφειν σὺ τολμᾷς;

Dein hominem omnibus lectoribus notum designat: [1]

μὴ καὶ σὺ μουσόπνευστος ἡμῖν ἀθρόως,
ὥσπερ λέγονται τῶν πάλαι σοφῶν τινες;
μὴ καὶ σὲ δάφνης ἐξέμηνέ τις κλάδος,
ἢ μαντικῶν πέπωκας ὑδάτων ἄφνω,
ἔπειτα μέτρων ἔβλυσας, ἄμετρος ὤν;
ὢ τῶν ἀπίστων καὶ νέων ἀκουσμάτων,
Σαοὺλ προφήτης, Μάξιμος λογογράφος.

Item paullo post: [2]

γράφειν σὺ τολμᾷς; εἰπέ μοι, ποῦ καὶ πόθεν
μαθών; τίνος δὲ χειρὸς ἔργον τὸ γράφειν;
ἀλλ' οὐ χθὲς οὕτως.

et iterum: [3]

γράφεις κατ' ἀνδρὸς, ᾧ γράφειν ἐστὶ φύσις,
ὡς ὕδατι ῥεῖν, καὶ τὸ θερμαίνειν πυρί.

Haec verba si in Cappadocia scripta sunt meo saltem iudicio adversarium in Italia degentem parum afficere potuerunt. Quare puto, Maximum, cum Constantinopoli exeunte anno 379 vel anno 380 ineunte res novas in ecclesia molitus esset, libellos vel versus a se scriptos adhibuisse, ut contra Gregorium ageret. Quibus hic carmine allato respondit. Huic sententiae favent ea quae poeta dicit v. 5 seqq. quibus rem recens factam videtur denotare:

ὢ καιροῦ φορᾶς,
ὥσπερ μύκητας, ἀθρόων ἀνατρέχειν
σοφοὺς στρατηγοὺς, εὐγενεῖς ἐπισκόπους.

Contra legitimum enim ecclesiae praefectum Maximus [4]

[1] Vv. 15 seqq. — [2] Vv. 39 seqq. — [3] Vv. 55 seqq. — [4] Cfr. Carm. XI v. 886 seqq. Hefele l. a.

ex inopinato, nocte et dolo se in regimen ecclesiae ingesserat et ut episcopus consecraretur effecerat. [1]

Eodem quo Constantinopolim reliquit anno aliam satiram, quae inscribitur εἰς ἑαυτὸν καὶ περὶ ἐπισκόπων [2] scripsit. Nam carminis finem faciens dicit:

ἄλλον τιν' εἰ λάβοιτε Γρηγόριον φίλοι
φείδοισθε μᾶλλον . . .

Ergo Nectarius nondum electus erat aut saltem Gregorius nondum sciebat, eum electum fuisse. Immo ex iis quae paullo ante dixerat: [3]

. . . ἐξιτήριόν τιν', εἰ δοκεῖ, λόγον
βραχὺν μὲν ἀλλὰ χρήσιμον δέξασθέ μου,

concludere licet, eum statim postquam ex urbe profectus sit carmen hoc condidisse. Clemencet, [4] cui consentiunt Benoit [5] et Dubedout, [6] censet, carmen XII post XI scriptum esse. „Poema istud, ita Clemencet, videtur esse appendix et continuatio praecedentis, quod de vita sua scripsit Gregorius, ita ut unum veluti opus censeri possit immo debeat. Nihil in isto legitur neque de Aegyptiis [7] neque de iis quae Constantinopoli in concilio gesta fuerant; nihil de imperatore, nihil de iis quae gesserit. Nimirum haec fuse narrata fuerant in priore carmine de vita sua. Ea profecto non omisisset, si iniuriis adhuc recentibus calamum sumpsisset et ab hoc poemate initium doloris enarrandi fecisset. Unum deerat praecedenti; nec malorum quae ipsi evenerant causam nec quae huic vitio adhibenda erant remedia, prosecutus fuerat; id quidem exsequitur in praesenti." Idem fere brevius Dubedout. Sed haec non placebunt accuratius duo carmina legenti. Primum, Clemencet cum dicat, Gregorium ea profecto non omissurum

[1] Certum est, Gregorium hoc tempore etiam theologica quaedam carmina condidisse; v. g. carmen IX cui titulus περι ἀρετῆς. P. G. 37, col. 667—680. Cfr. Dubedout o. l. pag. 18. — [2] Carm. XII, ib. col. 1165—1227. — [3] Vv. 812/3. — [4] Ib. in adnotatione. — [5] O. l. II, pag. 197. — [6] O. l. pag. 19. — [7] Eos intellegere videtur qui a Maximo steterant.

fuisse si ab hoc poemate initium doloris enarrandi fecisset," ponit, consilium Gregorii fuisse iniurias sibi allatas versibus persequi, quod ne verbo quidem probare conatus est. Dein ex 836 versibus, quibus carmen XII constat, nullus est quo apparet carmen XI iam scriptum fuisse. Sunt quidem quaedam res, quae [1] in utroque carmine narrantur; sed ex hoc non efficitur unum alterius esse appendicem. Tertium, carmen XI recte „apologiam pro vita Gregorii" dicas, carmen vero XII satiram in malos episcopos. [2] Quartum, ex initio carminis XII merito concludas, illud post carmen XI esse conditum. Dicit enim poeta:

Ἴσως μὲν ἔχρην, ὡς κακούμενον φέρειν,
ταῖς τοῦ παθόντος [3] ἐντολαῖς τυπούμενον,
οὕτω παθόντα καρτερεῖν καὶ τὸν λόγον,
ὡς ἂν πλείως ὦμεν ἠγωνισμένοι,
καὶ μισθὸν ἐλπίζωμεν ἐντελέστερον.

Tacuit igitur cum iniuriis afficiebatur; dubitat num praestet post iniurias patienter latas καρτερεῖν καὶ τὸν λόγον; scribet tamen:

ὡς ἂν δὲ μὴ δόξαιεν οἱ κακοὶ κρατεῖν
τὰ πάντα.

Quid ergo? Veluti veniam scribendae huius satirae petere videtur, quam procul dubio non hisce verbis petiisset, si carmen XI, quo se ab adversariis defendit, iam scripsisset, aliis verbis, si non ἐκαρτέρησε τὸν λόγον. Quintum, carminis XI verba mitiora, loquendi modus tranquillior et pacatior quam quo carmine XII usus est, legenti persuadent, Gregorium indignatione et dolore permotum prius hoc carmen condidisse, quo animi sensus maiore cum vehementia et acerbitate effudit, deinde carmen cui titulus de vita sua. Non quod in hoc carmine nulli inveniuntur versus satirici. Inveniuntur sane neque pauci. [4] Sed tamen

[1] Veluti XII, 71, 75; XI, 524/9, 562; — XII, 11, 120; XI, 1250, 1795. — [2] Vide carminum argumenta cap. 3. — [3] Christum intellegit. — [4] Vv. 810 seqq. et 1923 seqq.

totum carmen multo mitiore et tranquilliore animo scriptum esse negari nequit. Dicendum ergo est, carmen XII non multo postquam Gregorius se episcopatu abdicavit et ante carmen XI conditum esse.

Dubedout [1] accurate demonstravit, Gregorium carmen XIII quod inscribitur [2] εἰς ἐπισκόπους composuisse, cum Constantinopoli episcopus degeret „ibique concilium ab episcopis orientalibus haberetur. Quibus propter Melecium Paulinumque de ecclesia Antiochena certantes dissentientibus ac de recta via deflectentibus, tum Gregorius de concilio discessit ac dolore commotus domi versus carminis XIII conscripsit." Quam sententiam hisce praecipue versibus, [3] quibus poeta se discessurum esse minatur, probavit:

εἰ δὲ καλύπτοι
μῦθον ἐμὸν πολιήν τε νέων θράσος...
. . . .
...οἱ μὲν περόφεν ἑὴν ὁδόν· αὐτάρ ἔγωγε
ζητῶ Νῶε κιβωτὸν, ὅπως μόρον αἰνὸν ἀλύζω.
Αὐτὰρ ἔπειτα φύγοιμι, κακῶν ἀπὸ τηλόθι μίμνων...

Nondum igitur concilium „fugerat." Dubedout „arca Noe" Nazianzum, quo Gregorius Constantinopoli relicta rediit, intellegendam esse putat. Recte putat. Nam postea in patriam redux Gregorius haec cecinit: [4]

ἔπει γὰρ ἠκόμην, ξένης
λιπὼν ἕδος χθονός,
καὶ γῆν πατρῴαν ἀσμένως
λαόν τε τὸν γλυκύν
ὡς εἶδον, ὤχ' ὑπέδραμε
κιβωτός ἡ μόνη
κόσμου φυγοῦσ' ἐπίκλυσιν
καλῶς [5] ὀλωλότος.

Nec mirum est quod imago arcae menti eius occurrit, quippe cum ecclesia Nazianzena inter tot haereses sola fere ex orientalibus ecclesiis fidem orthodoxam integram servasset. In oratione funebri [6] quam in patrem habuit, ecclesiae huic ab hominibus christianis „arcae" nomen

[1] O. l. pag. 18. Cfr. Benoit o. l. II, pag. 154. — [2] P. G. 37, col. 1227/44. — [3] Vv. 198 seqq. — [4] Carm. XXX, cui titulus εἰς ἑαυτόν. P. G. 37, col. 1290/99, v. 35 seqq. — [5] An κακῶς? — [6] Or. 18, no. 17; P. G. 35, col. 1005.

datum esse dixit: „Ταῦτα ἐννοῶν ὁ μέγας ἐκεῖνος ἄνθρωπος [1] τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀληθῶς θεολόγος, καὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος περὶ τούτων κινούμενος, τί χρὴ λέγειν ἕτερον, ἢ ὅτι νέαν Ἱερουσαλὴμ καὶ κιβωτὸν ἄλλην ὑπὲρ ὑδάτων φερομένην, ὥσπερ ὁ μέγας ἐκεῖνος Νῶε καὶ τοῦ δευτέρου τούτου κόσμου πατὴρ, τήνδε τὴν ἐκκλησίαν καλεῖσθαι πεποίηκε· τοῦτό τε κατακλυσμοῦ τῶν ψυχῶν, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν ἐπηρείας σαφῶς ὑπεραίρουσαν, καὶ ὅσῳ πλήθει τῶν ἄλλων ἐλείπετο, τοσοῦτον εὐδοξίᾳ κρατοῦσαν." [2] Clemencet hoc carmen anno 381 ita adscripsisse videtur, quasi a Gregorio domum reverso fictum esset, cum post carmina quae inscribuntur περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον et εἰς ἑαυτὸν καὶ περὶ ἐπισκόπων illud ediderit.

Postquam inimici rumores sparserunt eum invitum episcopatum abdicasse, Gregorius aliud carmen composuit cui titulus εἰς ἑαυτὸν καὶ πρὸς τοὺς φθονοῦντας. [3] Versibus enim 25 seqq. dicit:

> Ἓν ἔργον αὐτοῖς, αἱ καθ' ἡμῶν διπλόαι
> στήτωσαν εἰς ἕν. Εἰ μὲν ἐξέστην θρόνων,
> τουτοῦ τί μεῖζον; εἰ δ' ἀπεῤῥίφην ἄκων,
> οἱ ταῦτα τολμήσαντες οἵων ἄξιοι;

---

[1] Patrem intellegit; cfr. pag. 19. — [2] Familiaris erat Gregorio usus huius imaginis. In laudibus Basilii (no. 70, P. G. 36, col. 592) haec dixit: „Νῶε κιβωτὸν ἐπιστεύθη, καὶ κόσμου δευτέρου σπέρματα ξύλῳ μικρῷ πιστευθέντα, καὶ καθ' ὑδάτων σωζόμενα· ὁ δὲ (Basilius) κατακλυσμὸν ἀσεβείας διέφυγε, καὶ κιβωτὸν σωτηρίας τὴν ἑαυτοῦ πεποίηται πόλιν, κούφως τῶν αἱρετικῶν ὑπερπλέουσαν, ἐξ οὗ κόσμον ὅλον ἀνεκαλέσατο." In oratione 25, o. l. 35, col. 1205: „Decet, inquit, nos qui christiani philosophi sumus, ὅπως ἂν τοῦ σχήματος ἔχωμεν, καὶ οἷστισιν ἂν ὁμιλῶμεν, εἴτε ἡμῖν αὐτοῖς μόνοις συστέλλοντας τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων, εἴτε τοῖς πολλοῖς τε καὶ ὁμοφύλοις ἰδιάζοντας ἐν τῷ κοινῷ καὶ φιλοσοφοῦντας ἐν οὐ φιλοσοφοῦσιν, ὡς ἡ Νῶε κιβωτὸς ἐκείνη, ἐν κατακλυσμῷ κατακλυσμοῦ κουφότερα..." Cfr. Carm. XI v. 1079 seqq. de ecclesia, quae Anastasia dicebatur,

> Ἀναστασία, ναῶν ὁ τιμιώτατος,
> ἡ πίστιν ἐξήγειρας ἐν γῇ κειμένην,
> κιβωτὲ Νῶε, τὴν ἐπίκλυσιν μόνη
> κόσμου φυγοῦσα, καὶ φέρουσα δεύτερον
> κόσμον τὸν ὀρθόδοξον ἐν τοῖς σπέρμασι.

[3] P. G. 37, carm. XIV, col. 1243/50.

E versibus 33/34:

> ἴσως τὸ Πνεῦμα βάλλεται, φέρω σαφῶς,
> τὸ Πνεῦμ', ἀκούσαθ', ὡς θεός,

et qui sequuntur, quibus poeta fidem suam in Spiritum sanctum profitetur, divinam Spiritus sancti cum Patre et Filio unam Naturam [1] nondum a concilio definitam, seu potius hanc definitionem Gregorio nondum notam fuisse dixeris. Quod si ita est, Gregorius carmen hoc paullo post abdicationem scripsit. Nam concilium Constantinopolitanum ante diem 30 Iulii, quo die Theodosius imperator edictum de servandis iis quae a concilio acta essent [2] edidit, dimissum est. Hac argumentatione etiam probatur, rumores, [3] de quibus saepius iam dixi, statim fere postquam Gregorius se abdicasset sparsos esse.

Neque carmina XVII [4] et XVIII [5] multo post eius discessum scripta esse puto. Narrat carmine XVII se e concilio abiisse, urbem reliquisse; [6] dissensiones episcoporum nondum esse compositas; [7] timere videtur, ne episcopatu se abdicando peccaverit; [8] totus est in iis omnibus rebus, quas carminibus praecedentibus tractavit. Carmine VIII lamentatur: [9]

> Πόθεν λόγον τοσοῦτον ἔκδημον φέρων
> πόλει τοσαύτῃ
> ὤσθην νόσῳ τε καὶ κακοῖς παρασταταῖς;
> . . . .
> πόθεν φίλοι μοι δυσμενεῖς, καλοὶ κακοί;
> ἓν εἰσι πάντες ἐξ ἴσου δρῶντες κακῶς.

---

[1] Hefele. o. l. II, pag. 13 seqq., ib. pag. 17.... „μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν πατέρων... ἀλλὰ... ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν... καὶ τὴν τῶν... πνευματομάχων..." — [2] Cod. Theod. III de fide cath. 69, apud Hefele o. l. pag. 34 seqq. — [3] Cfr. pag. 59. — [4] Περὶ τῶν τοῦ βίου διαφορῶν καὶ κατὰ ψευδιερέων. P. G. 37, col. 1262/70. — [5] Πρὸς τοὺς φθονοῦντας ib. col. 1270. — [6] Vv. 43 seqq., 90 seqq. — [7] Vv. 98 seqq. — [8] V. 103. — [9] Vv. 7 seqq. Male conversa sunt haec verba a Clemencet: „Unde sermonem tantum e longinquo ferens urbi tantae, *premor morbo et malis, quae me torquent?*" (P. G. l. a.) quasi etiam tum Constantinopoli degeret. Profecto sensus est: „Cur... *expulsus sum morbo et malis (co)adiutoribus?*"

Quae omnia si non probant saltem suadent ut censeamus, etiam haec tria carmina eodem anno 381 exeunte condita esse. — Pulcerrima denique elegia XVI,[1] qua somnium quo poeta vidit ecclesiam Constantinopolitanam, narratur, aliquandiu post ficta est. Licet enim Gregorius in hoc carmine suis valedicat,[2] eo tamen non efficitur eum recens profectum esse. Huiusmodi versus pro argumento carminis quo se christianos Constantinopolitanos ecclesiam adeuntes suasque orationes audientes in somnio vidisse fingat, interpretandi sunt. Potius ad versum 75 quo poeta dicit, se εἰσέτι καὶ νῦν ὀδύρεσθαι templum amissum, animum attendas.

Venio nunc ad illa carmina apologetica, quibus Gregorius res a se Nazianzi gestas describit atque defendit. Redierat, ut capite primo[3] dixi, eo animo, ut iam nullam unquam ecclesiam regeret sed Deo θύσων καὶ σιγὴν, ὡς τοπάροιθε λόγον tranquillam atque privatam vitam ageret[4]. Quod quidem propositum integrum exsequi non potuit, cum ecclesiae Nazianzenae, quae ab anno 374 quo pater eius mortuus erat episcopum nondum elegerat, curam gerere cogeretur, sed tamen aliquandiu recusavit, ne munus episcopale susciperet. A verno[5] vero tempore anni 382, non multo post diem festum Paschalem, usque ad extremum annum 383 hanc ecclesiam gubernasse videtur, deinde ad mortem usque privatam vitam duxisse. Quod autem in patriam redux episcopatum Nazianzenum recusaverat, id tum inimici tum amici aegerrime ferentes laesae vanitati tribuebant,[6] quasi e summis ecclesiae honoribus recedere coactus humi-

[1] Ἐνύπνιον περὶ τῆς Ἀναστασίας ἐκκλησίας, ἣν ἐπήξατο ἐν Κωνσταντίνου πόλει, P. G. 37, col. 1254/62. — [2] V. 94/5. — [3] Pag. 23. — [4] Carm. X v. 34, P. G. 37, col. 1029. — [5] Cfr. Benoit o. l. II, pag. 257. — [6] Vide ep. 138 ad Bosporium Coloniae episcopum datam; P. G. 37, col. 233 et ep. 139 ad Theodorum, ib. col. 236 in qua haec leguntur: „ἐγὼ γὰρ ὑπεχώρησα μὲν τῆς κατὰ Ναζιανζὸν ἐκκλησίας, οὔτε ὡς καταφρονῶν τοῦ Θεοῦ, οὔτε ὡς περιορῶν τοῦ μικροῦ ποιμνίου (μηδὲ γὰρ πάθοι τοῦτο ψυχὴ φιλόσοφος), ἀλλὰ κ.τ.λ."

liorem locum sprevisset. Tum sperans „...τὴν τινων στήσειν βλάβην."[1] carmen LXVIII[2] scripsit. „Dicunt enim, inquit,[3]

λέγουσιν, ὡς ἀδρῶν μὲν ἡσσῶμαι θρόνων,
ὡς τῶν, ἀφ' ὧν κατῆλθον,
τοὺς δ' αὖ πένητας καὶ στενοὺς διαπτύω,
τὰ σφῶν σαφῶς λέγοντες.

Quam accusationem dein refellit. Reliquo carmine narrat se manus victas dedisse Deumque rogat:[4]

τὸ μικρὸν αὔξοις ποίμνιον καὶ ποιμένα
τὸν μικρόν ἐκ μεγίστου,

e quibus eum iam non diu hanc ecclesiam rexisse ac proin verno tempore anni 382 carmen LXVIII condidisse conicio.

Neque multo ante aliud carmen cui titulus εἰς ἑαυτόν illudque longius anacreonticis versibus scripserat.[5] Narrat quae res sibi post reditum acciderint, omnes etiam amicos et sacerdotes[6] a se alienos esse; se quaestorem quendam, virum egregium, episcopum ecclesiae Nazianzenae praeficere frustra conatum esse;[7] periclitari fidem orthodoxam. Ipse autem nondum huic ecclesiae praeerat, nam de haereticis quibusdam scribens dicit:[8]

οἳ καὶ τὸ καλὸν ποίμνιον ἔρημον ποιμένος
ὥσπερ λύκοι βαρεῖς, κλέπτουσιν, ἁρπάζουσιν εἰς
ἐπεισπέσοντες, νηλεῶς πόνον ψυχῆς ἐμῆς.

Verisimile igitur est, carmen XXX ineunte anno 382 fictum esse.

Toto tempore quadragesimali eiusdem,[9] ut videtur, anni Gregorius solitudinis amantissimus silentium egit. Quam ob causam a nonnullis hominibus risus epistulis et versibus se defendit. Sunt haec carmina, quibus numeri XXXIV—XXXVII.[10] Dein die festo Paschali ὕμνον εἰς Χριστὸν

[1] Εἰς ἑαυτόν, P. G. 37, col. 1409/17. — [2] Ib. v. 35. — [3] Vv. 39/42. — [4] Vv. 101/2. — [5] Carm. XXX, P. G. 37, col. 1290/99. — [6] Vv. 113 seqq. — [7] Vv. 35 seqq. 57/66. — [8] Vv. 183 seqq. — [9] Vide Benoit o. l. II, pag. 240. — [10] Εἰς τὴν ἐν ταῖς νηστείαις σιωπήν, P. G. 37, col. 1307/26.

μετὰ τὴν σιωπήν, ἐν τῷ πάσχα cecinit.[1] Carmen quoque XL cui titulus πρὸς τοὺς φθονοῦντας,[2] quo huius silentii mentio fit,[3] eodem fere tempore compositum esse merito conieceris. Clemencet-Caillau, qui primum[4] Gregorium Arianzi post abdicatum episcopatum Nazianzenum (i. e. post annum 383) silentium hoc observasse scripserant, postea[5] carmina XXXIV—XXXVIII anno 382 condita esse adnotarunt, sibi contradixisse videntur. Huic alteri temporis designationi adsentiendum esse existimo. Nam ut certum est, Gregorium carmina haec post priorem abdicationem scripsisse quam, ut alios omittam, haud obscure significat his versibus[6] carminis XXXVII:

οὐ μ' οὐθ' ἁμαρτὰς εἷλεν, οὔτε τις νόμος
τέκνων πόνων τε τῶν ἐμῶν διέσπασε . . .

ita eum ante alteram abdicationem cuius ne levissimum quidem indicium in ullo e trecentis versibus reperitur, ea condidisse valde verisimile est. Iam vero patet, eum quo tempore ecclesiae curam gereret huiusmodi silentium vix agere potuisse. — Legenti epistulas[7] et carmina neque Clemencet[8] neque Benoit[9] Gregorium ideo hoc silentium egisse, quod prae infirma valetudine ieiunium observare non potuisset, putantes recte iudicasse videbuntur. Nam ipse in epistula ad Palladium[10] data se ieiunasse dixit: „Χριστῷ συνενέκρωσα τὴν γλῶσσαν, ἡνίκα ἐνήστευον," licet non tanta cum severitate id fecisset quanta antea in se uti solebat.[11] Verum quidem est, eum hac minore quoque austeritate adductum esse, ut consilium non loquendi faceret,[12] sed tamen praecipua causa, ob quam silentium egit ea est, de qua ad Cledonium scripsit:[13] „σιωπῶμεν τῷ λόγῳ, τὸ λαλεῖν ἃ χρὴ διδασκόμενοι, καὶ τῶν παθῶν ἐπικρατεῖν

[1] Carm. XXXVIII, P. G. 37, col. 1326/29. — [2] Ib. col. 1337/39. — [3] V. 12. „Πάντας βοῶσι κἂν ἐγὼ δήσω στόμα. — [4] P. G. 35, col. 234. — [5] Ib. 37, col. 1307. — [6] Vv. 1/2. — [7] Epp. 107/119, ib. 37, col. 207 seqq. — [8] Ib. col. 1307 in adnot. — [9] O. l. II, pag. 240. — [10] Ep. 119, P. G. 37, col. 213. — [11] Carm. XXXIV, vv. 150 seqq. — [12] Ib. passim. — [13] Ep. 108, P. G. 37, col. 208.

γυμνάζομεθα," et apertius etiam ad Palladium:[1] „καινὸς τῆς νουθεσίας ὁ τρόπος· ἐπειδὴ γὰρ λαλῶν οὐκ ἐπεῖχον τὰς γλώσσας, τῇ σιωπῇ τὸ σιγᾶν ἐδίδαξα, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐκπαιδεύων." Idem in carmine XXXIV legitur:[2]

χείλεσι θῆκα θύρετρα· τὸ δ' αἴτιον, ὥςκε μάθοιμι
μύθων μέτρα φέρειν . . .

Quid enim? In carminibus, de quibus hac paragrapho egimus, nonnunquam vehementioribus et acrioribus verbis usus erat. Quorum cum iam animi tranquillitatem recuperasset eum poenituisse puto. Tum poenitentiam agere instituens aptiorem utilioremve non invenit quam perfectam et absolutam per quadraginta dies continuatam linguae mortificationem.[3]

Restat, ut de reliquis carminibus[4] quae in libro nostro leguntur paucis verbis dicatur. Versuum editioni prooemium scripsit carmen[5] XXXIX cui titulus εἰς τὰ ἔμμετρα, quo rationes quibus adductus est ut versus faceret exponit.[6] Poetam provectioris iam aetatis fuisse non tantum eo quod cum κύκνῳ γέροντι[7] se comparat, sed etiam ipsius carminis argumento probatur. Huiusmodi enim prooemium post carmina quae in lucem eduntur conscribi solet. Quo autem vitae anno illud scripserit statui nequit.

Cum monasticam ducebat vitam, εἰς τοὺς διαβάλλοντας τοὺς μοναχοὺς καὶ ἐπιπλάστως μονάζοντας[8] versibus scripsit,

[1] Ep. 110, ib. col. 208. — [2] Vv. 11/12. — [3] „Antea, inquit carm. XXXIV, dum viribus valebam ieiuniis, vigiliis, aliis austerae poenitentiae operibus opus erat,

v. 171/2 σάρκες γὰρ ἐπέζεον, αἷσι μέμηλεν
οὐρανίης ἀνόδου φῶτα μέγαν κατέχειν,
nunc vero (v. 175) νῦν δ' ὅτε νοῦσος ἔχει με πικρὴ καὶ γῆρας ἔκαμψεν
ἦλθον ἐπ' ἀλλοίην τήνδε δυηπαθίην,
γλῶσσαν ἔχων ἀδάμαστον, ἐΰλαλον, ἥ με τόσοισι
πήμασι, τοῦ φθονεροῦ δῶκεν ἀεὶ παλάμαις.

[4] Carm. XXXII, XXXIX, XLIV, LXXXIX—IC. — [5] P. G. 37, col. 1329/37. — [6] Ib. vv. 37/57; cfr. cap. 1, pag. 24. — [7] Ib. v. 55. — [8] Carm. XLIV, o. l. col. 1349.

quibus se aliosque monachos defenderet. Quod carmen Caillau [1] anno 383, Dubedout [2] „post illum annum" conditum esse censet. Non negabo. Tantum meo iure rogo, cur non ante annum 383, vel ante annum 373, vel adeo ante annum 363? Nam Gregorius anno 357 in Ponto, ubi multi monachi ad ripas Isis fluminis cum Basilio magno habitabant monasticae vitae nomen dederat. Ibi in Basilii fratrem Naucratium, qui hoc anno 357 mortuus erat, tria [3] epitaphia scripsit. Nihil ergo obstat, quominus [4] unum alterumve carmen in hunc annum remittatur. — Carmen quod inscribitur εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν στίχοι ἡμίαμβοι, [5] quo primum animum dein corpus ad asceticae vitae normam sequendam adhortatur, ducentis fere versibus tanta animi alacritate et hilaritate scriptis constat, ut a viro senio confecto, qui per tot annos toties de casibus adversis, iniuriis, calumniis, corporis doloribus, angoribus animi conqueritur, compositum esse verisimile non sit. Quam ob causam etiam hoc carmen annis 357—368 non post annum 383 factum esse suspicor. Carmen XXXII, [6] cui titulus περὶ τῆς τοῦ βίου ματαιότητος καὶ ἀπιστίας καὶ κοινοῦ πάντων τέλους, a carminibus moralibus, quae dicuntur, in hunc librum aberravit. Fictum [7] est post abdicationem episcopatus Constantinopolitani. Denique Gregorius novem in se epitaphia scripsit, [8] quorum ea quidem quibus numeri XC, XCI, XCV post mortem parentum, XCII, XCIII post reditum in patriam, reliqua incerto tempore composita sunt, quae tamen omnia cum Dubedoutio et Caillavo ultimis poetae vitae annis, cum Arianzi viveret, attribuenda esse censeo.

---

[1] P. G. l. l. in adnot. — [2] Dubedout, o. l. pag. 19. — [3] P. G. 38, col. 11. — [4] Carmen hoc XLIV duabus partibus omnino diversis ita constat, ut nullus earum nexus appareat. Viginti quattuor prioribus versibus poeta monachos ab obtrectatoribus defendit, dein a versu 25 usque ad finem carminis monachum fictum et simulatorem adgreditur. Quare inclinor, ut duo carmina distincta esse putem, quod quia codices inspicere non potui hic adnotari satis sit. — [5] Carm. LXXXVIII, P. G. 37, col. 1435/42. — [6] Ib. col. 1300/02. — [7] Vv. 15/16. — [8] P. G. 37, col. 1442/52.

En conspectus temporum quibus Gregorius carmina apologetica condidit:

Carmen III scriptum est anno 379 ante diem festum Paschalem.
XLI „ „ „ 379/80.
XIII „ „ „ 381 mense Iulio.
IV, X, VIII, IX, XV, V—VII, XIV, XVII, XVIII, XII „ „ „ „ non diu post abdicationem.
XI „ „ „ „ exeunte.
XVI „ „ „ 382 ieunte.
XXXIV, XXXV, XXXVI, XXVII, XL „ „ „ „ mense Martio.
XXXVIII „ „ „ „ die festo Paschali.
XXX „ „ „ „ verno tempore.
LXVIII „ „ „ „ „ „

Caput tertium.

Quo consilio Gregorius carmina quae inscribuntur περὶ ἑαυτοῦ condiderit.

Titulus qui huic capiti inscriptus est explicatione indiget. Carmina quae inscribuntur περὶ ἑαυτοῦ alia ex ipsius poetae internis animi affectionibus nulla vel exigua tantum causa externa commovente orta, alia ab eo condita esse, ut se et res a se gestas ab inimicis defenderet, capite secundo dictum est. Iam vero apparet, solum de his carminibus apologeticis hoc loco quaeri posse, quo consilio singula ficta sint. Possunt nimirum causae exquiri ob quas Gregorius ea scripserit, calumniae et iniuriae, quae ei illatae sint, homines quos inimicos habuerit, alia huiusmodi. Ad ascetica vero carmina ita intellegenda, ut quo quodque consilio conditum sit cognoscatur, quomodo poeta uniuscuiusque carminis tempore se habuerit, quid egerit, quo animo fuerit accurate sciatur necesse est. Id autem pro magno eorum numero quamquam in editione aliqua maiore fieri posse ultro conceditur, non posse in modesta dissertatione quis est qui neget? Unum alterumve tantum exemplum huiusmodi inquisitionis hic illic, veluti, capite secundo [1] post peractam de carminis quod inscribitur περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν tempore disputationem, opusculo huic inserui. Dein, etiam si quis poetae cuiusdam vitam tam bene perspectam habet, ut fere sciat quid egerit, tamen si nimia cura statuere velit e quibusnam animi motibus carmen aliquod manaverit, facile errabit. Id quod non paucis viris doctis, qui poetarum opera commentati sunt, eorum quoque poetarum qui non tanto temporis intervallo a nobis distant quanto Gregorius, repugnantibus inter se interpretationibus non raro accidit.

[1] Pag. 41; vide etiam cap. 4.

At, alia omnino de carminum horum consilio quaestio institui potest, nimirum inquirendo universe an ipse Gregorius omnia carmina autobiographica tum apologetica tum ascetica ea mente scripserit, ut in lucem ederentur. Quae quidem quaestio quanti sit momenti tum ad poetae ingenium melius cognoscendum tum ad ipsa carmina aequius iudicanda, nemo est quin videat. Quare uno huius capitis titulo duas quaestiones comprehendo, quarum prior est, quo consilio Gregorius carmina apologetica condiderit, altera, an ipse omnia carmina quae inscribi solent περὶ ἑαυτοῦ in lucem ediderit?

§ 1. Quo consilio Gregorius carmina apologetica condiderit.

Res paullo altius repetenda est. [1] Uti capite primo paucis verbis narravi, Gregorius tum a populo catholico, tum ab episcopis Thraciae tum ab iis qui in concilium Antiochenum convenerant arcessitus anno 379 Constantinopolim profectus est. Ibi graves insectationes easque commotas non tantum ab arianis sed etiam a quibusdam catholicis sacerdotibus ex Alexandrinae ecclesiae clero, quorum dux

[1] Cfr. Benoit o. l. II, pag. 1—212. Act. Sanct. ll. aa. Vita Greg. a Maur. conscripta, no. 151 seqq. Patr. Lat. XIII, prolegomena; col. 210 seqq.

Maximus, qui olim cynicus fuerat philosophus tum christianus et sacerdos episcopatum Constantinopolitanum ambibat, sustinuit. Illo superato Gregorius rem christianam tanta cum prudentia restituere coepit, ut vix duobus annis praeterlapsis quattuordecim ecclesiae, quae Valente imperatore ab arianis occupatae erant catholicis redderentur et tota fere urbs ad fidem orthodoxam rediret. Nondum tamen episcopus ecclesiae Constantinopolitanae electus erat, sed tantum ut orator, theologus, vir sanctus virtute, doctrina, eloquentia homines ad catholicam religionem convertere conabatur. Hic autem rerum status permanere non potuit. Insuper multae aliae quaestiones de tuenda recta fide et disciplina ecclesiastica reformanda dirimendae erant, quas ob causas Theodosius apud episcopos orientalis ecclesiae de convocando concilio egit, quod mense Iunio anni 381 initum est. Sanctus Damasus papa legato suo Ascholio mandaverat,[1] ne quis episcopus Constantinopolis eligeretur qui iam alterius ecclesiae episcopus fuisset.

Praefuit concilio Meletius qui cum Paulino ecclesiam Antiochenam regebat. Schisma namque aliquot annis ante ortum erat, cum hi duo viri quorum Paulino occidentalis, orientalis ecclesia Meletio potissimum favebat eiusdem urbis episcopi creati essent. Ne autem gravissimum hoc malum usque creseret, ut ambo ecclesiam Antiochenam

[1] In epistula ad Ascholium et ad alios Macedoniae episcopos data (Patr. Lat. XIII col. 368): „Illud praeterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem (nim. episcopum) contra statuta maiorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, et deserere plebem sibi commissam et ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora accipiunt; cum et illi qui amiserint sacerdotem sine dolore animi esse non possunt et illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere sacerdote."

E „statutis maiorum" ad quae Damasus provocat, praecipuum est can. XV concilii Nicaeni (a. 325); διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν, τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν μήτε

administrarent ea quidem conditione, ut altero mortuo alter solus episcopalem sedem teneret, inter se convenerant. Aderant cum concilium initum est 150 episcopi, inter quos 36 Macedoniani, multi viri illustres Cyrillus, Gregorius Nyssenus, Amphilochius, Isidorus, alii, multi quoque homines viles, qui tantum ob conversum rerum statum et ipsi conversi erant. Neque tamen Ascholius neque episcopi Thraciae Aegyptique advenerant. Maximo damnato[1] Gregorius una voce episcopus ecclesiae Constantinopolitanae creatus est.

Vix electus erat cum Meletius mortuus est. In cuius locum Gregorium concilio praeesse Paulinum solum Antiochenam ecclesiam regere aequum erat. At vero multi hanc conditionem non aqnoscentes Meletio Flavium quendam sufficere conati sunt. Cui in ecclesiam occidentalem iniuriae Gregorius adsentiri noluit, episcopatum se depositurum esse dixit, concilium reliquit. Flavio electo venit Ascholius et cum eo episcopi Aegypti et Thraciae. Qui cum a Paulini partibus semper stetissent Flavii creationem aegerrime ferentes quidquid a Concilio actum fuisset irritum neque Gregorium legitime[2] Constantinopolitanum epis-

ἐπίσκοπον μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον. Εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη. Cfr. can. XV ex apostolicis quae dicuntur; can. 2 Synod. Arelatensis (a. 314); can. 3 et 21 conc. Antiocheni (a. 341); can. 1 conc. Sardicensis (a. 343). Hefele o. l. I, pag. 208, 482, 595, 601, 646. — [1] Ipse quoque Damasus Maximum damnaverat. Cfr. ep. 6 ad Ascholium missam (P. L. XIII, col. 370): „Ad litteras sanctitatis tuae plene rescripsi, non mihi placuisse quod nescio quem Maximum ... Constantinopoli episcopum consecrare voluissent;" et ep. 5 (ib. col. 365): „ ... satis sum contristatus, eo tempore quo Deo praestante haeretici iverant abiecti, nescio quos ex Aegypto venientes in postulatione contra regulam ecclesiasticae disciplinae alienum a nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad sacerdotium vocare voluisse ... Si ergo nobis episcopalibus armis semper est resistendum, debemus sollicite agere, ne quod Deus prohibeat, gregem Christi lupis rapacibus relinquamus ..." —
[2] In carm. XI, vv. 1012 seqq. Gregorius eos id fecisse dicit:

οὐ μὴν πρὸς ἔχθραν τὴν ἐμήν, οὐδὲ θρόνον

copum electum esse contenderunt. Deinde postquam Ascholius exposuit, Romanum pontificem nolle quemquam electum iri, qui iam alterius ecclesiae episcopus fuisset, maior concilii pars a Gregorio alienata est. Quod cum hic audivit, quamvis facile ei fuisset demonstrare, se nunquam Sasimorum ecclesiam qubernasse neque illegitimam fuisse suam creationem, tamen ne novum oreretur schisma, ratione reddita suae praefecturae [1] episcopatu sponte se abdicavit. Tum relicta Constantinopoli domum rediit.

Quis fuerit Gregorii abdicantis animus eius carminibus et epistulis ad amicos datis docemur. „Ἔχει τι δεξιὸν ἡμῖν ἡ ἀναχώρησις, ita in epistula ad Sophronium [2] data legitur, τὸ ἄπραγμον καὶ ἡσύχιον," et in carmine quo suis valedicit gaudere se scribit quod curis et negotiis liber monasticam vitam iterum agere possit. [3] Simul autem dolet quod pastor gregem reliquit: [4]

ἐξῄειν δ᾽ ἐγὼ
μέσος χαρᾶς τε καί τινος κατηφείας·
Χαρᾶς, τὸ παῦλαν τῶν πόνων λαβεῖν τινα·
λύπης, τὸ λαὸν ἀγνοεῖν ᾗ κείσεται.

Timet nimirum, ne populus christianus recens ad orthodoxam fidem conversus ab haereticis rursum ab ea profitenda avellatur: [5]

τῶν δ᾽ ἐμῶν τέκνων τυχὸν
ἄλλοι κατασκιρτῶσι, πιθανοῖς λόγοις
συναρπάσαντες.

Angitur animo, dum quaerit an forte abeundo peccaverit: [6]

σπεύδοντες ἄλλοις, ουδαμῶς·
sed potius: ὅσον πόνῳ
τῶν ἐνθρονιστῶν τῶν ἐμῶν, ὡς γοῦν ἐμέ
σαφῶς ἔπειθον λαθρίοις δηλώμασι.

[1] Oratio 42, P. G. 36, col. 457/492; συντακτήριος εἰς τὴν τῶν ρν᾽ ἐπισκόπων παρουσίαν. — [2] Ep. 93, P. G. 37, col. 168. Cfr. ep. 95 ad Leontium ib. col. 168/9. — [3] Lege versus prolatos cap. 1. pag. 24. — [4] Carm. XI vv. 1856 seqq. P. G. 37, col. 1159. — [5] Carm. VI vv. 8 seqq., ib. col. 1025. — [6] Carm. IX v. 2, ib. col. 1026.

τοὐμὸν ἐτάζω βάθος,
μήτι χρεωστῶ, Χριστέ μου·

Queritur se ab omnibus fere amicis esse derelictum. Ἄν τις ἔρηταί σε, ita in epistula ad Amazonium, [1] τῶν κοινῶν φίλων (πολλοὺς δὲ εἶναι πείθομαι τούτους), ποῦ δὲ νῦν ὁ Γρηγόριος; πράττει δὲ τί; θαῤῥῶν εἰπὲ, ὅτι ἐφ᾽ ἡσυχίας φιλοσοφεῖ, τοσαῦτα τῶν ἀδικούντων φροντίζων, ὅσα τῶν οὐδέ εἰ γεγόνασι γινωσκομένων· οὕτως ἐστὶν ἀήττητος. Ἂν δέ σε πάλιν ὁ αὐτὸς ἐπανέρηται, πῶς δὲ τὴν διάζευξιν φέρει τῶν φίλων; μηκέτι θαῤῥῶν εἴποις ὅτι φιλοσοφεῖ, ἀλλὰ [2] καὶ λίαν ἀγεννῶς ἔχει. Ἄλλου μὲν γὰρ ἄλλος ἥττων ἐστὶν, ἡμεῖς δὲ φιλίας καὶ φίλων. Non tantum eum deseruerant sed etiam οἵ τε φίλοι κακοῦντες οὐκ ἀνίασι καὶ τὰ δυνατὰ βλάπτοντες, ut ad Procopium scripsit. [3] Quid autem in Gregorium fecerint vel scripserint, id cum ex mutuis Gregorii et amicorum epistulis de hac re scriptis Gregorianae tantum supersint certo quidem restitui nequit, sed tamen etiam ex amicis fuisse qui eum illegitime Constantinopolitanum episcopum electum esse putarent merito mihi conicere videor. Cuius sententiae non dico testimonium sed indicium aliquod in hac epistula [4] ad Philagrium data inveniri puto: „Τοῦ μὲν μὴ δύνασθαι ἡμᾶς συγγενέσθαι ἀλλήλοις ταὐτὸν αἴτιον ἀμφοτέροις. Σοί τε γὰρ χρῆται τὸ σῶμα, ὡς χρῆται, ἵνα μηδὲν λέγω πλέον· ἐμέ τε ἴσθι λίαν ἔχοντα πονηρῶς. Οὐ γὰρ ἂν ὤκνησα πρὸ πάντων ἐπανήκων ἐκ τῆς ἀποδημίας, εὖ τοῦτο ἐπίστω, καὶ προσδραμεῖν σοι, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ συμβούλῳ χρήσασθαι περὶ τῶν προκειμένων ἀνδρὶ καὶ φίλῳ καὶ συνετῷ καὶ ὑψηλῷ τὴν εὐσέβειαν. Ὃ δὲ λειπόμενον ἦν, τὸ διὰ γραμμάτων ὁμιλεῖν ἡμᾶς ἀλλήλοις, τοῦτο ἐποίησας μὲν αὐτὸς εὖ ποιῶν, ποιοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. Οὐ μικρὰ ἡμῖν ἐστιν οὐδὲ μικροῦ λόγου περὶ ὧν ἐπιστέλλεις· ὅθεν οὐδὲ αὐτοὶ παρέργως οὐδὲ ῥαθύμως ταῦτα διασκεψάμενοι, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπιμελῶς ἐπὶ τὴν κρίσιν

---

[1] Ep. 94, ib. col. 168. — [2] Fortasse: ἀλλ᾽ ὅτι καὶ? — [3] Ep. 90, ib. col. 164. — [4] Ep. 87, P. G. 37, col. 160/1.

ταύτην προεληλύθαμεν. Κεκμήκαμεν ἀγωνιζόμενοι πρὸς τὸν φθόνον καὶ τοὺς ἱεροὺς ἐπισκόπους τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν διαλύοντας, καὶ τῶν ἰδίων φιλονεικιῶν τὸ τῆς πίστεως πάρεργον ποιουμένους. Διὰ τοῦτο ἔγνωμεν πρύμναν κρούσασθαι, τὸ τοῦ λόγου, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς συσταλῆναι, ὥσπερ τὸν ναυτίλόν φασιν ἰχθὺν, ὅταν χειμῶνος αἰσθάνηται, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ὁρᾷν πόῤῥωθεν βαλλομένους καὶ βάλλοντας, αὐτοὶ δὲ πρὸς τὰ ἐκεῖσε μετασκευάζεσθαι. Εἰ δὲ τὴν ἐκκλησίαν καταλιπεῖν ἐπικίνδυνον, ὡς γράφεις, ποίαν; εἰ μὲν τὴν ἡμετέραν κἀγώ φημι, καὶ ὀρθῶς λέγετε· εἰ δὲ τὴν μηδὲν προσήκουσαν, μηδ' ἐπικηρυχθεῖσαν ἡμῖν, ἀνεύθυνοι. Ἀλλ' ὅτι ἐπεμελήθημεν χρόνον τινὰ, τουτῷ κρατούμεθα; πολλοὶ καὶ ἄλλοι κρατήθειεν ἂν, ὅσοι ξένων ἐπεμελήθησαν. Καὶ τάχα τὸ μὲν καμεῖν ἔμμισθον, τὸ δὲ ἀπειπεῖν οὐχ ὑπεύθυνον. Μηδὲν οὖν δείσῃς περὶ ἡμῶν τούτου γε ἕνεκεν· ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον, μή τι βλαπτώμεθα." Quid igitur? Philagrius cum Gregorio quid de eius abdicatione sentiret communicavit. Respondet Gregorius se οὐδὲ παρέργως οὐδὲ ῥαθύμως ταῦτα διασκέψασθαι, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπιμελῶς ἐπὶ τὴν κρίσιν ταύτην προσεληλυθέναι, dein exponit ob quas rationes, munus deposuerit, postremo amico demonstrat sibi licuisse ab ecclesia discedere, id quod ille ἐπικίνδυνον esse putaret. Quaeritur de quanam ecclesia his ultimis verbis agatur? Sensu obvio ecclesiam Constantinopolitanam significari dixeris, quam Gregorius et paullo ante reliquerat et cur reliquisset hac epistula exponit. Sed Gregorium de hac ecclesia, cui a CL episcopis consentiente populo volente imperatore praefectus esset, scripsisse eam non fuisse suam, sibi „μηδὲν προσήκουσαν μηδ' ἐπικηρυχθεῖσαν," vix intellegitur. Si unquam ulla ecclesia alicui adsignata fuit profecto adsignata fuit Gregorio ecclesia Constantinopolitana! Igitur Philagrius non de hac sed de ecclesia sive Nazianzena [1]

[1] Carm. XI iisdem fere verbis dicit, se ecclesiae Nazianzenae episcopum non fuisse, et addit v. 524

ὃν οὔτε κήρυγμ', οὔθ' ὑπόσχεσις κρατεῖ.

sive Sasimensi ad Gregorium scripserat et id quidem, ut mihi saltem videtur, hoc fere modo: „Abdicasti te episcopatu Constantinopolitano; nescio quam ob causam; id scio fieri non potuisse, quin tibi cum huius ecclesiae episcopus creareris ἐπικίνδυνον esset, quod ecclesiam cui praeeras reliqueris. Id enim ne fiat leges ecclesiasticae prohibent idque multi episcopi aegerrime ferunt." Haec aliave huiusmodi verba si Philagrius scripsit, Gregorius hanc ecclesiam non fuisse suam, se alienam tantum ecclesiam aliquandiu rexisse, inter omnes constare se eam sine ulla culpa reliquisse respondere potuit.

At, praeter hanc epistulam, cuius interpretatio dubia manet, nulla superest ex qua certiores fiamus, quibus criminationibus Gregorium insimulaverint. Saepius cum amicis communicavit se Constantinopoli esse profectum; saepius causas abdicationis, morbum [1] praesertim et collegarum contentiones, rettulit; non paucas epistulas ad Nectarium [2] misit, quibus ei vel gratulatur de eius creatione vel res ad rectae fidei defensionem pertinentes vel aliud quid

Cfr. tamen etiam epp. 182 et 183 (l.l. col. 296 seqq.) et P. G. 35 „Praefatio generalis." § IV col. 63/82.

[1] Ep. 90, lib. col. 164. — [2] Epp. 88, 151, 185, 186, 202. — Misch, qui l.l. pag. 388 scripsit: „er (Gregor) peinigt sich mit dem Gedanken an die Schadenfreude ... des Unwürdigen, der jetzt an seiner Stelle steht," epistulas a Gregorio ad Nectarium hoc ipso abdicationis anno datas ignorare videtur. Veram enim et sinceram amicitiam non odium indicant. Exempli gratia hic epistulam qua Gregorius Nectario de eius creatione gratulatur proferam. Ἔδει τὸ βασίλειον ἄγαλμα τὴν βασιλίδα πόλιν κοσμεῖν. Διὰ τοῦτό σε μὲν, ὡς ἔπρεπεν, ἐπικόλπιον ἔχει μετὰ τῶν ἀρετῶν, καὶ τῶν λόγων, γαὶ τῶν ἄλλων καλῶν, οἷς ἡ θεία σε χάρις ἀξιοπρεπῶς κατεπλούτισεν. Ἡμᾶς δὲ ἀπεσκυβάλισε καὶ ἀπέῤῥιψεν, ὡσανεὶ συρφετόν τινα, καὶ ἄχνην, καὶ κῦμα θαλάσσιον. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τῶν φίλων κοινὰ, κοινοποιοῦμαι μὲν ἐγὼ τὴν σὴν εὐπραγίαν, καὶ τῆς τε δόξης μετασχεῖν ἡγοῦμαι, καὶ τῆς ἄλλης εὐημερίας. Κοινώνει δὲ καὶ αὐτός, ὡς δεῖ, τῶν ἐνταῦθα φροντίδων καὶ περιστάσεων τοῖς σοῖς ἀποδήμοις· καὶ μὴ μόνος τὸ χρηστὸν ἀπολαβὼν ἔχε, τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόνων ἐν μέρει συναντιλαμβάνου τῷ φίλῳ· ἵνα καθόλου δίκαιος ᾖς, δικαίως καὶ ἴσως διαιτῶν φιλίᾳ καὶ φίλοις. Καί σοι παραμένοι τὸ εὐπραγεῖν χρονιώτερον, ὡς καὶ εὖ δράσῃς πλεῖον, μᾶλλον δὲ ἀναφαίρετόν σοι προσείη καὶ ἀΐδιον, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν εὐημερίαν ἐπὶ τὴν ἐκεῖ διάβασιν. Vide etiam adnotationem pag. 120 cap. 4.

commendat; multas [1] quoque de novo concilio quod anno proximo iniretur et cui adsistere noluit, scripsit; sed in his omnibus neque de iis quae sibi imputarentur neque de consilio sese ab iniuriis vel calumniis defendendi ne verbo quidem dixit. Id quod valde mirum esse videtur. Vix enim intellegitur, quid effecerit ut Gregorius qui omnes res suas cum amicis communicare soleret de his solum incusationibus, ob quas tot versus scripsit, aut nunquam aut semel tantum ad eos litteras dederit.

In oratione vero qua praefecturae suae rationem dedit, haec dixit: [2] „σεσίγηκεν ὑμῖν ἡ πονηρὰ γλῶσσα καὶ λάλος· οὐ μὴν σιγήσεται παντάπασιν· μαχήσεται γὰρ διὰ χειρὸς καὶ μέλανος· τὸ δ᾽ οὖν παρὸν σεσιγήκαμεν." Quibus verbis Gregorii abeuntis animum fuisse, ut scribendo continuaret quod dicendo incepisset apparet. Eum autem tum non tam ut sui defensionem quam ut satiras in malos episcopos et carmina dogmatica in haereticos spectasse, ipsius orationis argumento clare demonstratur. Narrat enim orator quo statu ecclesiam Constantinopolitanam invenerit, quo eam relinquat; exponit quid populum Christianum docuerit. Dein se imparem esse qui diutius ecclesiam regat, ostendit: [3] „ἀναπαύσατε τῶν μακρῶν πόνων ἡμᾶς· αἰδέσθητε τὴν πολιὰν ταύτην· τιμήσατε τὴν ξενιτείαν· ἄλλον ἀντεισαγάγετε, τὸν ὑπὲρ ὑμῶν διωκόμενον, ὅστις καθαρὸς χεῖρας, ὅστις φωνῆς οὐκ ἀσύνετος, ὅστις ἱκανὸς τὰ πάντα ὑμῖν χαρίζεσθαι καὶ συνδιαφέρειν τὰς ἐκκλησιαστικὰς φροντίδας· ἐπειδὴ τούτων μάλιστα νῦν ὁ καιρός." Carpit nonnulla vitia frequentius committi solita quae abhorret et quibus mederi iam non potest. Tum mansuetum in

[1] Aegre tulit tot malos episcopos his conciliis adesse: „Ἔχω μὲν οὕτως, εἰ δεῖ τἀληθὲς γράφειν, ita legitur in ep. 130 ad Procopium data (P. G. 37, col. 225), ὥστε πάντα σύλλογον φεύγειν ἐπισκόπων, ὅτι μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστὸν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον ἐσχηκυῖαν ἢ προσθήκην. Ἀεὶ γὰρ φιλονεικίαι καὶ φιλαρχίαι ... καὶ λόγου κρείττονες ... Cfr. etiam epp. 95, 124, 131, 132, 133, ib. col. 168, 217, 225, 228. — [2] Orat. 42, no. 26, P. G. 36, col. 492. — [3] Ib. no. 20, col. 481.

orthodoxorum inimicos agendi modum, humilem vitae suae rationem, quam quidam aegre tulerunt, non sine ironia et acrimonia defendit: [1] „Ἠγνόουν γὰρ, ὅτι πρὸς ὑπάτους ἡμῖν καὶ ὑπάρχους ἡ ἅμιλλα, καὶ στρατηγῶν τοὺς εὐδοκιμωτάτους, οἳ μὴ ἔχουσιν, ὅποι τὰ ἑαυτῶς ῥίψουσι. Καὶ δεῖ περιστένειν μὲν ἡμῖν τὴν γαστέρα κατατρυφῶσι τῶν πτωχικῶν, ὡς δὲ εἰς τὰ περιττὰ κεχρῆσθαι τοῖς ἀναγκαίοις, ... ἵπποις δὲ φέρεσθαι τρυφεροῖς, καὶ δίφρων ὑπεραίρεσθαι περιλάμπρως, προπομπεύεσθαί τε καὶ περιποππύζεσθαι, καὶ πάντας ὑποχωρεῖν ἡμῖν, ὥσπερ θηρίοις, καὶ περισχίζεσθαι, ἢ καὶ πόῤῥωθεν εἶναι δήλους ἐπερχομένους. Εἰ ταῦτα δεινὰ γέγονε, παρελήλυθε· χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. Ἄλλου πορίσασθε τὸν ἀρέσοντα τοῖς πολλοῖς. Ἐμοὶ δὲ δότε τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὸν θεὸν, ᾧ μόνῳ, καὶ διὰ τῆς εὐτελείας, ἀρέσομεν." Finem faciens singulis valedicit, illis quoque qui imperatoris aulam frequentent, quod infidum hominum genus hisce depingit verbis: „Εἰ μὲν καὶ βασιλεῖ πιστόν, οὐκ οἶδα· Θεῷ δὲ τὸ πλεῖον ἄπιστον. Κροτήσατε χεῖρας, ὀξὺ βοήσατε, ἄρατε εἰς ὕψος τὸν ῥήτορα ὑμῶν." [2] Sequuntur verba supra allata. Tota igitur hac oratione nulla violatae legis de non eligendo episcopo alieno mentio fit, nullum verbum quo vel obscure significatur, oratorem non sponte sed invitum sese episcopatu abdicare legitur. Contra Gregorius post redditam in ea muneris sui rationem vitia quaedam perstrinxit, in malos homines se scripturum esse dixit, quare merito mihi concludere videor, verba haec: „σεσίγηκεν ὑμῖν ἡ πονηρὰ γλῶσσα καὶ λάλος· οὐ μὴν σιγήσεται παντάπασιν· μαχήσεται γὰρ διὰ χειρὸς καὶ μέλανος," de satiris potissimum esse intellegenda. Iam vero e tribus satiris, quae in libro nostro inveniuntur, duas — ut capite secundo [3] probatum est — iam scripserat, unam, carmen XLI, anno circiter ante in Maximum, alteram, carmen XIII, cui titulus εἰς ἐπισκόπους, post Flavii creationem ut pacem inter dissidentes episcopos

[1] Ib. no. 24, col. 488. — [2] Ib. no. 26, col 492. — [3] Vide cap. 2, pag. 63, seqq.

componeret, tertiam autem brevi post abdicationem condidit. Hanc ergo tertiam in hac oratione significasse videtur. Verum, quia satirae illae carmina autobiographica dici non possunt, non est cur de iis amplius dicatur.

Relinquitur, ut quid Gregorio imputatum sit ex ipsis carminibus eruatur. Quod licet non in singulis carminibus disertis verbis dicatur, ex eo tamen quod poeta in iis iterum atque iterum [1] magna vi ac gravitate causas suae abdicationis, collegarum nimirum invidiam, [2] cum pacem inter eos componere conaretur, et morbum qui eum impediebat quominus sancto munere rite fungeretur profert facile collegitur. Huius enim iterationis alia ratio vix inveniri potest nisi haec, quod hoc modo eorum calumnias qui dicebant eum se ob violatas Ecclesiae leges abdicare debuisse refellere voluit. Apertius id significat carmine XIV, quo primum exponit, quas ob causas se abdicaverit, dein inimicos suos etiamsi verum esset se non sponte sed invitum et quasi per vim munus deposuisse male egisse demonstrat: [3]

"Εν ἔργον αὐτοῖς, αἱ καθ' ἡμῶν διπλόαι
στήτωσαν εἰς ἕν. εἰ μὲν ἐξέστην θρόνων,
τούτου τί μεῖζον; Εἰ δ' ἀπεββίφην ἄκων,
οἱ ταῦτα τολμήσαντες οἵων ἄξιοι;
νῦν δ' ἐνθρονίζομ', αὔριον δ' ἀπόθρονος.
"Αρ' ἂν τις εὕροι τοῦδε καὶ ψευδῆ λόγον;

Carmine XI, postquam omnes eius incusationes prorsus falsas esse demonstravit, his verbis argumentationem quasi concludit: [4]

ὑβρίζετ', εὐθυμεῖτε, πάλλεσθ', ὦ σοφοί, . . .
ἑνὸς θέλοντος, πάντες ἐκρατήσατε·

---

[1] Cfr. Carmina VII, v. 1/4; IX, v. 7; X, v. 16/24; XV, v. 95; XVII, vv. 42 seqq., 91 seqq. — [2] Moneo Gregorium nomine φθόνου non semper inimicorum hominum invidiam significare sed saepe veteres poetas secutum calamitates, in quas homines qui bonam agunt vitam non raro incidunt, „Invidiae" adscribere. Cfr. Schubach l.l. pag. 45. Exemplis a viro doctissimo ex epitaphiis potissimum allatis multa ex autobiographicis deprompta addi possunt, velut carmen VIII, v. 1/9. — [3] Vv. 25 seqq. — [4] Vv. 1923 seqq.

εἰ μὲν θέλοντος, τοῦ φθόνου, καὶ τοῦδέ με
στερεῖτε κομπάζοντες, ὡς ἀπωσμένου.

Igitur inimici eum θέλοντα abiisse concedere noluerunt, sed tamquam hominem ex urbe et episcopatu quasi expulsum habuerunt. Gregorius autem facile fieri posse, ut huiusmodi incusationes orthodoxae fidei quam Constantinopoli praedicaverat quam maxime nocerent cum probe intellegeret, eas refellere statuit.

Quaerat quispiam quare *versibus* eas refellerit? Apologiam enim mente tranquilla et placida conceptam, soluta oratione, quae et gravior est et huiusmodi argumento magis propria, scriptam maiorem legentium fidem mereri quam carmina, quae qui condit quo magis „agitante deo calescat" eo minus aequum iudicem agere soleat. Respondet Gregorius se versibus scripsisse, tum ut animum poesi levaret tum ut legentibus gratum faceret: [1]

Παίζει δὲ μέτρον τῆς ἀνίας φάρμακον,
παίδευμα καὶ γλύκασμα τοῖς νέοις ἅμα,
τερπνὸν παρηγόρημα.

Quod responsum quantam persuadendi vim habeat non meum est diiudicare.

Haec quae de rationibus ob quas Gregorius carmina de rebus Constantinopolitanis composuerit dixi, satis esse mihi videntur, ut breviora carmina, quibus non tam certum argumentationum ordinem adhibet quam animi affectiones effundit, intellegantur. Paullo amplius vero de longiore carmine quod inscribitur περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον dicendum est. [2] Quo titulo evitari vix potest ne lector fallatur, nisi ante oculos hoc sibi proponat, Gregorii mentem *non* fuisse totam vitam versibus enarrare. Quod si non fit et unitas carminis desideratur et ordo, cum e duobus fere versuum millibus quibus constat circiter 1400 de duobus ultimis vitae annis agant et ex totius anterioris vitae cursu res

---

[1] Carm. XI, v. 6—8. — [2] Certum non est, titulum hunc ab ipso poeta carmini datum esse. Cfr. ea quae de hac re dicta sunt cap. 2, pag. 34.

multae eaeque summi momenti omissae sint. Neque ut longiorem hunc digressum explices dicas cum Benoitio:[1] „Il était entré dans certains détails, afin que les mensonges de ses ennemis ne pussent pas prévaloir contre la vérité," neque cum Mischio,[2] qui ceteroquin Gregorii consilium recte intellexisse videtur: „So ist die Autobiographie zum überwiegenden Teil der Schilderung von nur drei Jahren, den Jahren seiner Wirksamkeit in der Hauptstadt gewidmet." Convertendae potius sententiae sunt. Voluit nimirum Gregorius se defendere ab adversariis qui eum post res Constantinopoli gestas falso crimine accusarent, quod ut melius faceret, multa ex anteriore vita sibi enarranda erant. Scripsit enim ipse:[3]

ἐξ ὧν δ' ὑπήχθην ταῦτα δοῦναι τῷ λόγῳ
(οὐ γὰρ φίλον μοι πολλὰ ῥαψῳδεῖν μάτην),
ἀκουσάτω πᾶς, οἵ τε τῦν, οἵ θ' ὕστερον.
Μικρὸν δ' ἄνωθεν τὰς ἐμὰς περιστάσεις
εἰπεῖν ἀνάγκη, κἂν δέῃ μακρηγορεῖν,
τοῦ μὴ καθ' ἡμῶν ἰσχύσαι ψευδεῖς λόγους.
οἱ γὰρ κακοὶ φιλοῦσιν ὧν δρῶσιν κακῶς
εἰς τοὺς παθόντας ἐκτρέπειν τὰς αἰτίας,
ὡς ἂν κακῶσι καὶ πλέον τοῖς ψεύσμασιν,
αὐτοὺς δ' ὑπεκλύσωσι τῶν ἐγκλημάτων.

Eas autem περιστάσεις, quae ei enarrandae erant, in talem redegit ordinem, ut vitae descriptio propemodum orta sit.

Itaque Gregorius demonstrare statuit, se

1° per totam semper vitam fugisse potius episcopatum quam petiisse,

2° tranquillam in desertis locis monasticae vitae rationem et semper amasse et quantum sibi licuisset secutum esse,

3° Sasimorum episcopum electum et consecratum quidem esse, nunquam tamen huic ecclesiae praefuisse,

4° rexisse quidem ecclesiam Nazianzenam, nunquam tamen eius episcopum fuisse.

[1] Benoit, l.l. pag. 196. — [2] Misch. l.l. pag. 389. — [3] Carm. XI, v. 40/50.

Haec quattuor capita priore carminis parte tractavit *omissis omnibus illis rebus* quas sacerdos et episcopus in patria praeclare gessit, deinde altera parte ea quae Constantinopoli a se gesta erant longe fuseque enarrans ostendit, se

1° Constantinopoli Dei gloriam et ecclesiae orthodoxae incrementum omnibus viribus promovisse,

2° neque tum episcopales honores ambiisse, immo oblatos ne accipere quidem voluisse,

3° legitime atque consensu omnium tum episcoporum qui concilium inierant tum populi christiani episcopum ecclesiae Constantinopolitanae quasi invitum esse creatum,

4° deinde non invitum sed sponte episcopatum abdicasse. Hanc carminis interpretationem rectam esse ipsius argumenti expositione optime demonstrare posse mihi videor.

1—50 *Prooemium.* Poeta christianis Constantinopolitanis exponit, quo consilio carmen hoc condiderit. Omnem fere ordinem sacerdotalem Constantinopoli esse corruptum, se ab inimicis calumniis peti declarat.

51—562 *Pars prior.* Pii parentes, qui eum Deo obtulerunt, prima educatio religiosa iam inde ab infantia poetae animum bonis desideriis imbuerunt (51—100). Praeclara Dei dona non omnia enarrabit, „σιγᾶν ἄμεινον" (108). Pudet eum quod in Deo colendo senex ab ardore iuvenili remiserit:

ἀρκέσει τό μ' εἰδέναι,
μὴ καὶ μάχεσθαι τῷ λόγῳ τὰ νῦν δοκῇ,
πλεῖστον δέοντα τῆς τότε προθυμίας.

Tantum ea quae dici necesse est dicet. — Iuvenis litterarum studiosissimus Alexandriae et Athenis scholas non alia mente nisi ut sacrae doctrinae humanam eruditionem adiumento daret frequentavit (120). — Sequitur satis longa digressio qua narrat, suis ad Deum precibus dum Athenas mari iter faceret navem procellis actam servatam et omne remigium ad Deum conversum esse (120—210). — Dein Athenae!

"Επειτ' Ἀθῆναι, καὶ λόγοι. Τἀκεῖσε δὲ
ἄλλοι λεγόντων, ὡς μὲν ἐν φόβῳ θεοῦ
ἀνεστράφημεν, πρῶτα τὰ πρῶτ' εἰδότων·

Norunt enim omnes quam religiosam vitam ibi duxerit,

οὔθ' ἑλκόμενοι πρὸς τῶν φερόντων εἰς βλάβην,
ἕλκοντες αὐτοί τ' εἰς τὰ κρείσσω τοὺς φίλους.

Singulari Dei beneficio cum Basilio artissimo amicitiae vinculo coniungitur, quo etiam melius Deum coleret:

ὃ δ' εἰς ἓν ἡμᾶς διαφερόντως ἤγαγε,
τοῦτ' ἦν· θεός τε καὶ πόθος τῶν κρεισσόνων.

In patriam redux consilium de elegendo vitae statu cepit: (277—338).

Στρόμβος κατεῖχε τήν ἐμὴν δεινὸς φρένα,
τὸ κρεῖσσον ἐκζητοῦντος ἐν τοῖς κρείσσοσι·
τὸ μὲν τὰ σαρκὸς εἰς βυθοὺς ῥῖψαι πάλαι
δεδογμένον τ' ἦν, καὶ τότ' ἤρεσκε πλέον·
αὐτῶν δέ μοι σκοποῦντι τῶν θείων ὁδῶν
οὐ ῥᾷστον εὑρεῖν τὴν ἀμείνω καὶ λείαν.

Omnes asceticae vitae rationes anachoreticam, monasticam, mixtam quoque quam dicunt, mente perpendit, sed de petendis ecclesiae honoribus ne cogitavit quidem,

τὸ βῆμα δ' ἦν μοι σεπτὸν, ἀλλ' ἑστηκότι
πόῤῥωθεν, ὡς φῶς ἡλίου τῶν ὄψεων
ταῖς ἀσθενοούσαις. Πάντ' ἂν ἤλπισα πλέον
ἢ τοῦτο δέξασθ', ἐν πολλαῖς στροφαῖς βίου.

Quibus verbis tristissima rerum experientia edoctus haec addit:

μηδὲν μέγ' εἴπῃς συντόμως, ἄνθρωπος ὤν.
'Αεὶ κολούει τὰς ἐπάρσεις ὁ φθόνος,
μηδὲν λάθῃς ἔξωθεν, τἀμὰ δὲ σκόπει.

Pater enim quamquam filii propositum non ignorabat, tamen sacerdotem eum consecravit, „qua tyrannide", ut ait, tanto dolore affectus est, ut subito relictis omnibus in Pontum ad amicum Basilium fugeret. Unde non multo post redire coactus in medias curas et sollicitudines incidit,

quas se per totam deinceps vitam persecutas esse saepius tum in hoc tum in aliis carminibus conqueritur:

381 Ὡς δ' οἱ βάσιν τοπρῶτον ἐμπεπηγότες,
ἅπαξ ὀλισθήσαντες, εἰς κρημνοῦ βάθος
πίπτουσιν, οὐκέτ' ὄντες αὐτῶν ἐγκρατεῖς,
οὕτως ἔμοιγε τῶν κακῶν γεγευμένῳ,
ἄλλοις ἐπ' ἄλλο δεινὸν ἐξηγείρετο.

Quid enim? Postquam sacerdos factus patri aliquandiu adstitit, Basilius (391),

ἄλλος πατήρ μοι φορτικώτερος πολύ,

ut amicus episcopus crearetur curavit. Quod munus omnium, quae ei postea evenerunt, malorum veluti fons atque origo fuit. Ignorat, utrum suis peccatis haec creatio imputanda sit an Basilii ἐπάρσει:

οὐκ οἶδ' ἐμαυτοῦ τὰς ἁμαρτίας πλέον,
αἳ πολλὰ δή με πολλάκις δεδήχασι,
μέμψωμ', ὑπερζέοντος ὡς ἀεὶ νέου
τοῦ συμπεσόντος, ἢ σὲ τῆς ἐπάρσεως,
ἀνδρῶν ἄριστε, ἣν δέδωκεν ὁ θρόνος.

Acriter dein Basilium infidelitatis accusat:

ὡς ὄλοιτ' ἐκ τοῦ βίου
νόμος φιλίας οὕτω σεβούσης τοὺς φίλους.
Λέοντες ἦμεν ἐχθὲς, ἀλλὰ σήμερον
πίθηξ ἔγωγε· σοὶ δὲ μικρὸν καὶ λέων.
Εἴ τοί γε πάντας (φθέγξομ' ὑψηλὸν λόγον)
οὕτως ἑώρας τοὺς φίλους, οὐ χρῆν γ' ἐμὲ,
ὃν καὶ φίλων ἔμπροσθεν ἦγες ἦν ὅτε,
πρὶν ἢ ὑπερνεφῶν τὰ πάντ' ἔχειν κάτω.

Sciebat[1] enim ille, immo approbaverat amici concilium!

[1] Non omnino recte Misch praecipuam in Gregorio irae causam ex offensa vanitate ortam esse putat. Pag. 385 l.l. scripsit: „Auf die Wahl zum Bisschof eines Fuhrmannsfleckens, durch die Basilios seinen Ehrgeiz aufs tiefste kränkt, ist wieder die Flucht die Reaktion," et pag. 392: „Als die schönste(!) Offenbarung seiner Innerlichkeit tritt in diesem Gedicht ein Herzensergusz über sein Verhältnis zu Basilios hervor, dort wo Gregor darauf zu sprechen kommt, dasz der falsche Freund ihn zum Bisschof einer unbedeutenden

'Εκεῖνος ἦν
ψεύστης ἔμοιγε, τἄλλα δ' ἀψευδέστατος,
ὅς μου λέγοντος ταῦτ' ἀκούσας πολλάκις,
ὡς νῦν μὲν οἶστὰ πάντα, κἂν χείρω πέσῃ,
εἰ δ' ἐκλίποιεν οἱ τεκόντες τὸν βίον,
κἀμοὶ τὰ πράγματ' ἐκλιπεῖν ἅπας λόγος,
ὡς ἄν τι κερδάναιμι τῆς ἀνεστίου
ζωῆς, πολίτης ῥᾷστά γ' ὢν πάντος τόπου.
Ταῦτ' οὖν ἀκούων, καὶ συναινῶν τῷ λόγῳ,

Gemeinde hat machen wollen." — Versus a me allatos eum fugisse diceres, nisi non paucos eorum in suo libro protulisset. Dicendum ergo esse videtur, v. d. eos non intellexisse. Sane praecipua causa haec erat, quod Basilius Gregorium prohibuit, quominus „τὰ πράγματα ἐκλιπεῖν" et solus in desertis locis monasticam vitam agere posset. Accedebat alia causa, quod Sasimi armis occupandi erant (XI, v. 451); accedebat utique etiam pagi humilis conditio, sed non ea sola causa erat neque principalis.

Insuper Misch haec quoque scripsit (pag. 393): „Er (Gregor) verweist ihm seinen Hochmut, seine Herrschbegier, spürt nach anderen kleinmenschlichen Motiven und stellt ihm sein eigenes Bewusztsein seiner inneren, von keinem Rangunterschied zu tilgenden Ebenbürtigkeit entgegen. Dahinein mischt sich, den Schmerz noch tiefer bohrend, die Verehrung für den „besten Mann der mir falsch, doch sonst der lauterste war," und nun ergieszt sich sein verletztes Gefühl in vollen Strom." Sequuntur versus, quos supra protuli: ὡς ὄλοιτ' ἐκ τοῦ βίου κ. τ. ἑ.

Minus accurate quam par erat, ne duriore verbo utar, v. d. Gregorii carmen legit. Carminis enim partem, quam protulit, praecedunt unus et viginti versus, quos hoc loco affero (386/407):

Ἧκεν ποθ' ἡμῖν (τἀν μέσῳ σιγήσομαι,
τοῦ μὴ δοκεῖν βλάσφημον ἐκφέρειν λόγον
κατ' ἀνδρός,[1] ὃν νῦν εὐλογῶν ἐπαυσάμην,)
ἀλλ' ἧκεν ἡμῖν τῶν φίλων ὁ φίλτατος
Βασίλειος (οἴμοι τῶν λόγων! ἐρῶ δ' ὅμως.)
ἄλλος πατήρ μοι φορτικώτερος πολύ.
Τὸν μὲν γὰρ ἐχρῆν καὶ τυραννοῦντα στέγειν·
τὸν δ' οὐκ ἀνάγκη, τῆς ἑταιρίας χάριν
βλάβην φερούσης, οὐκ ἀπαλλαγὴν κακῶν.
Οὐκ οἶδ' ἐμαυτοῦ τὰς ἁμαρτίας πλέον,
αἳ πολλὰ δή με πολλάκις δεδήχασι,
μέμφωμ', ὑπερζέοντος ὡς ἀεὶ νέου
τοῦ συμπεσόντος, ἢ σὲ τῆς ἐπάρσεως,

[1] Patrem significat, qui eum ad episc. honores suscipiendos cogere voluit.

ὅμως βιάζετ' εἰς ἐπισκοπῆς θρόνον
αὐτὸς πατήρ τε, δίς με τοῦτο πτερνίσας.

Insuper, qualis fuit ecclesia cui Basilius eum praeficere voluit! Urbs Sasimi non tantum valde humilis erat conditionis, sed etiam, cum duo episcopi militibus inter se pugnarent uter eam regeret, nisi armis [1] occupari non potuit. Profecto huiusmodi honores nullus sanae mentis homo unquam ambivit. Gregorius igitur ne illuc proficisceretur recusavit:

Τί οὖν με ποιεῖν, πρὸς θεοῦ, δίκαιον ἦν;
στέργειν; δέχεσθαι τῶν κακῶν τὰς ἐμβολάς,
βάλλεσθ' ἀωρί; συμπνίγεσθαι βορβόρῳ;...
ἄλλην ἀπαίτει μ', ἣν θέλῃς, εὐψυχίαν,
τὴν δὲ πρότεινε τοῖς ἐμοῦ σοφώτεροις.

ἀνδρῶν ἄριστε, ἥν δέδωκεν ὁ θρόνος.
Ὡς τῶν γε λοιπῶν εἵνεχ', ἡλίκων λόγων,
τάχ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ἠξίους ὑπερζυγεῖν·
οὔκουν τοπρόσθεν, ὦ φέριστ', οὐδ' ἠξίους·
εἰ δ' ἠξίους, τυχόν σε τῶν εὖ εἰδότων
ἄμφω, κατέσχεν ἄν τις εὐγνώμων κριτής.
Τί οὖν πέπονθας; πῶς τοσοῦτον ἀθρόως
ἔρριψας ἡμᾶς; ὡς ὄλοιτ' κ. τ. ἑ.

Itaque Misch tum Basilii cum patre comparationem tum ea quae Gregorius de peccatis suis dixit tacuit. „Die *bewegte* Auseinandersetzung, die Herrschbegier, die anderen kleinmenschlichen Motiven, wonach G. spürt," quo versu lateant equidem non inveni. Nisi fallor in M. mutatis mutandis retorqueri possunt ea quae de G. scripsit verba; „Von (seinen) Affekten werden nicht nur die Bilder der Persönen, sondern auch die (ihrer Stimmungen und Darstellungen) gefärbt."

[1] Vide etiam epistulam 48 (P. G. 37, col. 99/100) in qua G. recens episcopus consecratus haec scripsit: (anno 371/2.) „'Ερῶ γάρ, ἃ καὶ παρ' αὐτὰ τοῦ πάθους ἀπεφθεγξάμην, οὐ τοσοῦτον ἢ τῷ θυμῷ ζέσας, ἢ τῷ γεγονότι καταπλαγεὶς, ὥστε κλαπῆναι τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἀγνοεῖν ἅπερ ἔλεγον. Οὔτε ὅπλα κτήσομαι, οὔτε τὰ τακτικὰ μαθήσομαι, ἃ μὴ πρότερον ἔμαθον, ... ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αὐτὸς πολέμει, εἰ τοῦτό σοι φίλον, ... ἡμῖν δὲ ἀντὶ πάντων δοῦναι τὴν ἡσυχίαν." Cfr. ep. 49 (ib. col. 101). „'Εγκαλεῖς ἡμῖν ἀργίαν καὶ ῥᾳθυμίαν, ὅτι μὴ τὰ σὰ Σάσιμα κατειλήφαμεν, μηδὲ ἐπισκοπικῶς κινούμεθα, μηδὲ, ὥσπερ κυσὶ βρῶμα ῥιφὲν ἐν μέσῳ κατ' ἀλλήλων ὑμᾶς(?) ὁπλίζομεν, ἐμοὶ δὲ μεγίστη πρᾶξίς ἐστιν ἡ ἀπραξία.... καὶ ὡς εἰ πάντες ἡμᾶς ἐμιμοῦντο, οὐδὲ ἂν ἦν πράγματα ταῖς ἐκκλησίαις, οὐδ' ἂν ἡ πίστις παρεσύρετο, τῶν ἰδίων ἑκάστῳ φιλονεικιῶν ὅπλον τυγχάνουσα."

Τοιαῦτ' Ἀθῆναι, [1] καὶ πόνοι κοινοὶ λόγων,
ὁμόστεγός τε καὶ συνέστιος βίος,
νοῦς εἷς ἐν ἀμφοῖν, οὐ δύω, θαῦμ' Ἑλλάδος,
καὶ δεξιαί, κόσμον μὲν ὡς πόῤῥω βαλεῖν,
αὐτοὺς δὲ κοινὸν τῷ Θεῷ ζῆσαι βίον,
λόγους τε δοῦναι τῷ μόνῳ σοφῷ Λόγῳ;
διεσκέδασται πάντα, ἔῤῥιπται χαμαί,
αὖραι φέρουσι τὰς παλαιὰς ἐλπίδας. [2]

Iterum fugit εἰς ὄρος
κλέπτων φίλην δίαιταν, ἐντρύφημ' ἐμόν,

[1] In epistula 46 anno 370/1 ad Basilium data (P. G. l.l. col. 96,) Gregorius ad nonnullas amici querelas iisdem fere verbis respondet... „Πῶς ἡ διάνοια ὥρμησεν, ἢ μέλαν ἔγραφεν, ἢ χάρτης ἐδέξατο; ὦ λόγοι, καὶ Ἀθῆναι, καὶ ἀρεταί, καὶ λόγων ἱδρῶτες!" — [2] In viventem etiam Basilium hac de re similia verba acriora adhibuit, quae tamen verae atque sincerae eorum amicitiae non obstiterunt. Sic in ep. 48 (l.l.) ad Basilium data legitur: „Οὐ παύσῃ βλασφημῶν ἡμᾶς, ὡς ἀπαιδεύτους, καὶ σκαιούς, καὶ ἀφίλους, καὶ οὐδὲ ζῆν ἀξίους, ὅτι συνιέναι τετολμήκαμεν ἃ πεπόνθαμεν; οὐ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν ἀδικοῦμεν, αὐτὸς ἂν εἴποις· οὐδέ τι σύνισμεν αὐτοῖς ἡμῖν ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον περὶ σὲ κακοῖς γεγονόσι, μηδὲ συγγνοίημεν· πλὴν τοῦτο μόνον ἔγνωμεν ἠπατημένοι, ὀψὲ μὲν ἄγαν, ἔγνωμεν δέ· ... His verbis dein hanc epistulam concludit: „Ἀλλὰ σὺ μὲν ἀνδρίζου, καὶ κραταιοῦ, καὶ πάντα ἕλκε πρὸς τὴν σεαυτοῦ δόξαν, ... μήτε φιλίαν, μήτε συνήθειαν τοῦ καλοῦ προτιμῶν, καὶ τῆς εὐσεβείας, μήτε τοῦ ποῖός τις εἶναι δόξεις ἐκ τοῦ ταῦτα ποιεῖν φροντίζων, ἀλλ' ἑνὸς ὢν τοῦ πνεύματος. Ἡμεῖς δὲ τοῦτο μόνον κερδανοῦμεν τῆς σῆς φιλίας, τὸ μὴ πιστεύειν φίλοις, μήτε τοῦ Θεοῦ ποιεῖσθαί τι προτιμότερον." Cfr. ep. 46, 47, 50. — Haec autem aliave huiusmodi verba quo sensu interpretanda sunt? Num inimici facti sunt, num minus deinceps amici? Ne id quidem. Manserunt amici. Eodem anno, quo haec epistula scripta est, Gregorius cum Basilio communicavit, se ab eius partibus et semper stetisse et stare, quo factum esset, ut Anthimus episcopus Basilio infensissimus, (adversus quem potissimum Gregorius electus erat) cum se ad suas partes trahere frusta conatus esset, „ἀπῆλθεν ἄπρακτος ... καὶ Βασιλισμὸν ἡμῖν, ὡς Φιλιππισμὸν ἐγκαλέσας." Proximo anno haec ad eum scripsit (ep. 58, l.l. col. 113): „Ἐγὼ σὲ καὶ βίου καθηγητήν, καὶ δογμάτων διδάσκαλον, καὶ πᾶν ὅτι ἂν εἴποι τις τῶν καλῶν ἐθέμην τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ νῦν τίθεμαι· Καὶ εἴ τις ἄλλος ἐπαινέτης τῶν σῶν, ἢ μετ' ἐμοῦ πάντως, ἢ μετ' ἐμέ. Τοσοῦτον ἥττημαί σου τῆς εὐλαβείας, καὶ οὕτω καθαρῶς εἰμὶ σός ... καὶ εἴ τι ἄλλο μοι τοῦ ζῆν ὄφελος, ἡ σὴ φιλία καὶ συνουσία." Neque haec mera verba erant. Defendit enim Basilium ab iis, qui quod non recte de s. Spiritu sentiret eum accusarent. Porro, nota omnibus eorum amicitia fuit; „κοινοποιοῦσι τὰ ἡμέτερα," ita scripsit ep. modo laudata, et addidit „καλῶς ποιοῦντες." Ep. 59 (ib. col. 117,) Basilio, qui se Gregorii litteris

iterum patris precibus commotus rediit eique in regenda ecclesia Nazianzena adfuit. Nihil enim mali sibi ex hoc eventurum esse putabat:

Ἐνουθέτησ' ἐμαυτὸν ὡς οὐδὲν βλάβος,
ἕως καθέδρας πατρὸς ἐκπλῆσαι πόθον.
Οὐ γὰρ καθέξει τοῦτ', ἔφην, ἄκοντά με,
ὃν οὔτε κήρυγμ' οὐθ' ὑπόσχεσις κρατεῖ.

Patre mortuo in deserta loca quarto abiit.

Huic priori carminis parti finem faciens se Sasimorum ecclesiam nunquam gubernasse Nazianzenae vero episcopum nunquam esse creatum denuo declarat:

Τῆς μὲν δοθείσης οὐδ' ὅλως Ἐκκλησίας
προσηψάμην, οὐδ' ὅσον λατρείαν μίαν
Θεῷ προσενεγκεῖν, ἢ συνεύξασθαι λαῷ,
ἢ χεῖρα θεῖναι κληρικῶν ἑνί γέ τῳ.
Τῆς πατρικῆς δὲ . . . .
χρόνον βραχὺν μέν, ὡς ξένος ἀλλοτρίας,
ἔσχον τιν' ἐμμέλειαν, οὐκ ἀρνήσομαι·
τοῦτ' αὐτὸ φάσκων τοῖς ἐπισκόποις ἀεί,
στῆσαι τιν' ἄνδρα τῷ πτολίσματι σκοπόν...

laesum fuisse questus erat hoc modo respondet: „Ἐλύπησέ σε τὰ γράμματα, ὡς δὲ ἐγώ φημι οὐκ ὀρθῶς... ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δολερῶς καὶ κακοήθως τοῦτο ἐποίησα, οὐχ ὑπὸ τῆς σῆς λύπης μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας βλαβήσομαι· εἰ ἁπλῶς καὶ μετὰ τῆς συνήθους εὐνοίας, τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, οὐ τὴν σὴν διάθεσιν αἰτιάσομαι... Ἐμὲ δὲ προθύμως ἔχεις, ἐὰν διδῷ ὁ Θεός, καὶ παρεσόμενον, καὶ συναγωνιούμενον, καὶ τὰ δυνατὰ συνεισοίσοντα. Τίς γὰρ ἀναδύσεται; τίς δὲ οὐ θαῤῥήσει ὑπὸ σοί, καὶ μετὰ σοῦ περὶ τῆς ἀληθείας λέγων καὶ ἀγωνιζόμενος;" Mortuo Basilio anno 379 ad Gregorium Nyssenum (ep. 76, ib. col. 140) haec scripsit: „Καὶ τοῦτο ἀπέκειτο τῇ μοχθηρᾷ μοῦ ζωῇ, τὸ Βασιλείου θάνατον ἀκοῦσαι, καὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης ψυχῆς ἐκδημίαν, ἣν ἐξεδήμησεν ἀφ' ἡμῶν, ἵν' ἐνδημήσῃ πρὸς Κύριον," et ad Eudoxium (ep. 80, ib. col. 153) „ἐρωτᾷς πῶς τὰ ἡμέτερα; καὶ λίαν πικρῶς. Βασίλειον οὐκ ἔχω, Καισάριον οὐκ ἔχω, τὸν πνευματικὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν σωματικόν." Cfr. etiam epitaphia 119 seqq. P. G. 33, col. 72/4.

His dictis si cui videtur Gregorius amicorum iniurias vel quod iniuriam esse putavit acrius sensisse, diutius retinuisse, vehementius reprehendisse, per me licet scribat. Ipse Gregorius hoc non ignoravit. Scripsit enim ad Amazonium (ep. 94; vide pag. 74) „alios quidem in aliis rebus infirmiores esse, se in amicitia et in amicis." Nemo autem ea quae candido et sincero animo scripsit extra contextum verborum et rerum interpretetur.

Pars altera 563—1922. Poeta res Constantinopoli gestas narrat,

ἐχθροῖς ὄνειδος, μαρτυρίαν δὲ τοῖς φίλοις
ὧν ἠδικήμεθ' οὐδὲν ἠδικηκότες.

Labefactatae placitis arianorum Constantinopolitanae ecclesiae status describitur. Exiguus tantum veram Christi doctrinam sequentium numerus supererat, ad quos

— ἐδόξαμεν γὰρ ἐν Θεῷ τινες
εἶναι βίῳ τε καὶ λόγῳ τῶν γνωρίμων,
καίπερ ἀεὶ ζήσαντες ἄγροικον βίον —
ἔπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος,
πολλῶν καλούντων ποιμένων καὶ θρεμμάτων,
λαοῦ βοηθοὺς καὶ λόγου συλλήπτορας...

Falsae deinde de sanctissima Trinitate opiniones exponuntur et refelluntur (607—651.) Cum in urbem advenit male recipitur, lapidibus petitur, ad praetoris tribunal ducitur. Factionum duces eum ad suas partes trahere conantur, plerique ob pauperem et austeram vitam contemnunt. Sed iamiam mali sacerdotes eo quod populum modesta vitae ratione paullatim ad se trahere coepit invidia accendebantur (652—737).

Cum res ita se habebat, accidit ut gravissimum periculum reviviscenti ecclesiae immineret. Maximus quidam, cynicus quondam philosophus, homo perversus Gregorioque ignotus, in eius amicitiam ac familiaritatem se insinuaverat, „cum magna voce male sentientes allatraret et Gregorii orationes summopere laudaret" (813/4). Quo facto in regimen ecclesiae irrepere conabatur. Fuse deinde poeta narrat, Maximum auxilio episcopi Alexandrini adiutum, magna comparata pecunia multos sacerdotes etiam ex iis qui sibi addicti essent corrupisse (883),

καὶ γὰρ οἱ πρῴην ἐμέ
σέβοντες, ὡς ἄχρηστον, ἄχρυσον φίλον
περιφρονοῦσι φίλτατοι, καὶ ῥᾳδίως
κλίνουσι πρὸς τὸ χεῖρον, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ,

nocte, dum ipse morbo laboraret, ecclesiam occupasse, episcopum esse consecratum,[1] non diu tamen, cum populus a Gregorii partibus maneret, stare potuisse, tandem ex urbe fugisse. „Hanc iniuriam sibi illatam aegre ferens et simul abeundi occasionem libenter arripiens" (1044/5) urbem relinquere statuit. Quod cum audissent Christiani magna turbatio orta est. Vi, precibus, obtestationibus eum impediunt, quominus proficiscatur et adeo fatigant, ut se aliquandiu etiam mansurum esse, donec aliquis episcopus ecclesiae Constantinopolitanae creatus esset, promittat (1112):

προσδοκῶν τότε
λύσειν ἐμαυτὸν φροντίδων ἀλλοτρίων.
Οὕτω διεκρίθημεν ἀλλήλων μόγις,
νικῶντες ἄμφω τῇ σκιᾷ τῆς ἐλπίδος·
οἳ μὲν γάρ ὡς ἔχοντες ἡμᾶς ἐφρόνουν,
ἐγὼ δὲ μικρὸν ὡς μενῶν ἔτι χρόνον.

Posthac undique ad Gregorium audiendum conveniunt, cuius in dicendo suavitate et lenitudine, quam praedicatorem Verbi decet (1203/4)

τοῦ συμπαθοῦς τε καὶ πράου καὶ μηδένα
πλήσσοντος,

omnes non illi tantum qui rectae iam addicti erant fidei, sed etiam „οἱ ξένοι" attrahebantur. — Accedit quod prius exemplo dein verbo docuit, quod „non semper, nec omnia, nec apud omnes, nec ubique sed apud quos, quo loco, quo tempore, quantum decuit doctrinam suam praedicavit; μέτρον τ' ἄριστον, τῶν σοφῶν ἑνὸς λόγος (1139)." Renatae deinde ecclesiae status describitur. Imperante Theodosio praecipuum urbis templum Catholicis redditur, quod magna cum pompa, quamvis id Ariani impedire conarentur, occupat. *Iterum* episcopus a populo salutatur (1371)

Κἀνταῦθα θάρσους ἐνδραμόντος...

[1] Ad versus 754 seqq. et 915/928 in Maximi habitum et crines nimia cura comptos scriptos cfr. ep. 5 Damasi (P. L. XIII col. 367) et editorum adnotationes a et b.

ἡμᾶς βοᾶσθαι πανσθενεὶ ζητουμένους,
ὡς τοῖς πάρουσι τοῦδε λείποντος μόνου,
πρῶτόν τε καὶ μέγιστον ἐκ πρώτου κράτους
τοῦτ' ἂν γενέσθαι πρὸ θρόνων πόλει γέρας,
ἡμᾶς δοθῆναι τοῖς θρόνοις τοῦ ἄστεος.
Ταῦτ' ἦν ἀπ' ἀνδρῶν ἐν τέλει, καὶ τῶν κάτω,
πάντων ἀπ' ἴσου τοῦ λόγου ποθουμένων.
ταῦτ' ἐκ γυναικῶν ὑψόθεν βοώμενα,
πέρα σχεδόν τι τοῦ γυναιξὶ κοσμίου,

iterum recusat, quominus honores accipiat (1395). — In familiaritatem principis licet admissus eius tamen domum non frequentat, (1435)

Θεῷ ταπολλὰ καὶ καθάρσει προσνέμων,
τῶν δὲ κρατούντων τὰς θύρας ἄλλοις διδούς.

Iis qui eum offenderant ex animo ignoscit, qui auxilio indigent adiuvat. Ecclesiae thesaurum et reditus quos alii in se transtulerant paupertatem pluris aestimans quam divitias repetere non vult. „Nam cum inhonesta sit omnibus avaritia, avarum esse in his quae sunt spiritus deterius est." Quibus verbis haec addit (1491):

Εἰ πάντες οὕτως ἐφρόνουν εἰς χρήματα,
οὐκ ἄν ποτ' οὐδὲν τοῖον ἐν ἐκκλησίαις
πλήρωμ' ἀνευρεῖν . . .
λέγω δ' ὅσον λειτουργὸν, ἐγγίζον Θεῷ.

Sequitur narratio rerum quae in concilio actae sunt. Se episcopum esse creatum βοῶντα καὶ στένοντα (1526) ob hanc tantum causam non invitum, quod potestate accepta duas factiones reconciliare se posse speraret.

Τοῦτο μαρτύρει, Λόγε·
ᾤμην ματαίοις καρδίας φαντάσμασι,
εἰ τὸ κράτος λάβοιμι τοῦδε τοῦ θρόνου
ὥσπερ χορευτὴς ἐν μέσῳ δυοῖν χοροῖν,
ἄμφω πρὸς αὑτὸν συντιθεὶς τοὺς πλησίον,
τῇ μὲν τὸν ἔνθεν, τῇ δὲ τὸν, χοροῦ τόμῳ,
εἰς ἓν συνάξειν τοὺς διεστῶτας κακῶς . . .

Attamen eventum ad spem non respondisse, immo maiorem etiam episcoporum dissensionem ortam esse. Se post Meletii mortem oratione de pace frustra habita, e concilio abiisse, morbo domi retentum saepe a nonnullis episcopis ut ad eorum partes transfugeret esse tentatum, dein postquam episcopi Aegyptii et Macedones (1810)

νόμους στρέφοντες τοὺς πάλαι τεθνηκότας,
ὧν πλεῖστον ἦμεν καὶ σαφῶς ἐλεύθεροι,[1]

se non legitimum Constantinopolitanum episcopum esse contendissent, munus abdicasse (1830):

Ἐγὼ δ' Ἰωνᾶς ὁ προφήτης γίνομαι,
δίδωμ' ἐμαυτὸν τῆς νεὼς σωτηρίαν,
καίπερ κλύδωνος τυγχάνων ἀναίτιος.

Se revera sponte honores deposuisse eo etiam probat, quod imperatorem, ut se in episcopatu teneret non rogaverit. Contra veniam abeundi ab eo petiit. Qua impetrata cum nonnullis aliis episcopis urbem reliquit.

1923—1949. *Epilogus.* Exsultent inimici qui ne hanc quidem laudem ei tribuant, ut eum sponte se abdicasse fateantur, neque intellegant, se gravioris etiam criminis reos futuros fuisse, si eum invitum expulissent. — Ipse vero Deo magis unitus liberam ducet vitam[2].

---

[1]) Leges illae sunt decreta conciliorum, quae vide pag. 76 in adn. Post habitum concilium Nicaenum LVI anni praeterlapsi erant, post Antiochenum XL, quod temporis intervallum non adeo longum est, ut ob id solum leges illae esse παλαὶ τεθνηκότες merito dicantur. Sed episcopi graeci eas tam male observarunt (cfr. P. L. XIII col. 368 adnot. g), ut brevi tempore postquam latae erant iam fere obsoluisse videantur. Quod autem attinet ad verba „ὧν πλεῖστον ἦμεν καὶ σαφῶς ἐλεύθερο.," iis Gregorium significare voluisse puto, se *etiamsi* episcopus ecclesiam sive Sasimensem sive Nazianzenam rexisset, tamen huiusmodi legibus non teneri, quippe cum

1) quo tempore episcopus Const. crearetur illas ecclesias iam diu reliquisset neque eo animo reliquisset, ut altiorem episcopatum ambiret, quod ne fieret leges potissimum vetabant;

2) ab ipso episcoporum concilio creatus esset. Concilium autem episcoporum, quod legem tulerat etiam ab ea aliquem eximere posse videbatur.

[2] Quo melius appareat id quod cap. 2, pag. 63/4 verum esse demonstravi,

Sic si carmen interpretaris omnia clara sunt. Sane longae digressiones velut in priore parte narratio procellae, [1] in altera explicatio doctrinae, [2] expositio viae atque rationis qua orator verbum Dei praedicare solebat, [3] aliae similes hic illic inveniuntur. Sed huiusmodi digressiones poetae quidem verbositatem ostendunt, qui licet initio carminis [4] scripserit „οὐ γὰρ φίλον μοι πολλὰ ῥαψῳδεῖν μάτην," attamen saepe ea quae paucis verbis significanda erant multis enarravit, ordinem vero qualem explicavi non mutant. Contra si receptam a viris doctis interpretationem secutus censes, Gre-

---

carmen XII, cui titulus εἰς ἑαυτὸν καὶ περὶ ἐπισκόπων, non esse „appendicem et continuationem praecedentis, quod de vita sua conscripsit (XI,) ita ut unum veluti opus censeri possit, imo debeat," (ut v. d. Follio et Clemencet placuit) post expositum argumentum carm. XI hoc loco paucis argumentum carm. XII explicabo.

Prooemio poeta dicit, se „leni sermone, οὐκ ὀνομαστί" (v. 21) malos episcopos castigaturum esse (1/47). — Ea quae bene vel male facta sunt in hac vita saepe nec praemium nec poena sequitur, ut ipse probe novit, qui post multas res praeclare gestas tot tantisque iniuriis afficiatur (47/147). Non mirum autem est, ita cum eo agi, cum multi mali et impii episcopi elegantur. Eorum inscitiam et ignorantiam primum perstringit (148/192). Neque dicas, etiam Christi apostolos nullius eruditionis homines fuisse. Hi enim et virtute insignes erant et insuper singulari ratione a Spiritu Sancto adiuti (192/261). Dixeris, dummodo doctrina quae praedicatur vera sit, sententias et elocutionem minoris esse momenti. Esto. Sed tum curandum est, ut ipsa doctrina revera bona et recta sit! (262/330). — Quid autem, si episcopi non tantum eruditione carent, sed etiam impii et scelesti homines sunt (330/370)? A foro et plateis transeunt ad sedem episcopalem (370/431)! Nulla seria praeparatio, nulla peccatorum poenitentia, cum tamen sacramentum episcopatus sine poenitentia susceptum culpam non remittat sed quam maxime augeat (431/521). At etiamsi de peccatis suis dolent, quid putas homines ethnicos et infideles de huiusmodi ecclesiae pontificibus cogitaturos (522/540)? — Iam videte talem episcopum, inscium, nefarium. Quaenam erit eius doctrina? Quomodo alios vitae sanctitatem docebit (541/570)? — Tum digressione facta cum eiusmodi episcopi vita luxuriosa suam asceticam vitam comparat (570/633). — Docet dein quibus virtutibus bonus episcopus praeditus sit oporteat; solum bonum episcopum homines ad Deum ducere (633/810). — Epilogo omnes ut pacem servent adhortatur (810/836).

Haec duo argumenta si quis comparat, non dubito, quin mecum iudicet, viros doctos non recte carmina XI et XII quasi unum carmen considerasse. — [1] Vv. 125/207. — [2] Vv. 1110/1185. — [3] Vv. 1185/1272. — [4] V. 41.

gorii consilium fuisse totam vitam versibus enarrare, neque prooemium carminis neque epilogus recte intellegitur, neque ratio dari potest ob quam poeta e tota vita praeter ea quae annis 379—381 Constantinopoli gessit nihil aliud fere protulerit nisi quod ad elegendum vitae statum, ad episcopatum fugiendum, ad res ecclesiae Sasimensis et Nazianzenae pertinet. Porro hac quam dedi intrepretatione, cur Gregorius in hoc carmine tot versus acriores in amicum Basilium scripserit facilius explicatur. Primum [1] eius amicitiam inter eximia Dei dona sibi collata enumerat, dein per centum circiter versus quasi ira et studio commotus in eum invehitur. [2] Sed animadverte, Gregorium hoc altero loco de sua episcopali creatione, quam Basilius potissimum effecisset agere, eamque omnium fere quae ei postea evenerunt malorum, eorum praecipue a quibus hoc carmine sese defenderet causam habuisse. Etiam in Basilii laudibus, quas aliquandiu post absolutum carmen XI Kalendis Ianuariis anni 382 [3] habuit, amicum de eadem re, licet pro orationis argumento brevius et lenius, reprehendit. [4] „Ταύτης τῆς ἐπινοίας, inquit, δέδοικα, μὴ καὶ αὐτὸς ἐγενόμην πάρεργον. Ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ εἰπεῖν εὐτρεπὲς χρή. Πάντα γὰρ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζων, οὐμενοῦν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατὸν, ἓν τοῦτο ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω (καὶ γὰρ ὁμολογήσω τὸ πάθος), οὐδὲ ἄλλως τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον, τὴν περὶ ἡμᾶς καινοτομίαν καὶ ἀπιστίαν, ἧς οὐδὲ ὁ χρόνος τὴν λύπην ἀνάλωσεν." Addit rationem „ἐκεῖθεν γάρ μοι πᾶσα συνέπεσεν ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία καὶ σύγχυσις, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν μὴ δυνηθῆναι, ἢ μὴ νομίζεσθαι, εἰ καὶ βραχὺς τοῦ δευτέρου λόγος." Huius dein consilii excusationem aliquam quaerit, quam vix invenire et quasi cum aliqua conditione allegare videtur: [5] „πλὴν εἴ τις ἐκεῖνο δέξαιτο, ἡμῶν τοῦ ἀνδρὸς ὑπεραπολογουμένων, ὅτι μείζω φρονῶν, ἢ κατὰ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τῶν

---

[1] Vv. 221/236. — [2] Vv. 386/485. — [3] Hürth, l.l. pag. 59/62. — [4] Or. 43, no. 59, P. G. 36, col. 573. — [5] Ib. l.l.

ἐνθένδε πρὶν ἀποβιῶναι μετανασταὰς, πάντα ἐποιεῖτο τοῦ Πνεύματος· καὶ φιλίαν αἰδεῖσθαι εἰδὼς, ἐνταῦθα μόνον ἠτίμαζεν, οὗ θεὸν ἔδει προτιμηθῆναι, καὶ πλεῖον ἔχειν τῶν λυομένων τὰ ἐλπιζόμενα. Quod si Gregorius etiam in ipsa oratione [1] funebri hanc amicitiae violationem laudare noluit, si eam ἀπιστίαν vocavit, si vix aliquam eius excusationem excogitare potuit, quid mirum eum in nostro carmine quo de ea potissimum re agebatur acrius de ea scripsisse?

De consilio carminum, quae Gregorius de rebus Nazianzenis condidit, capite secundo [2] quo eorum tempora ex ipsis argumentis et consiliis statuere conatus sum satis iam dixisse mihi videor. Quare ad alteram quaestionem transeo.

---

[1] Misch l.l. pag. 393 verba acriora carm. XI, quae Gregorius in Basilium scripsit, iis quae in eius oratione funebri dixit inique opposuit. „Während er in der *etwas früher* gehaltenen Grab- und Lobrede auf Basilios, die stilgemäsz ein Idealbild gab, diese „Verletzung der Freundschaftspflichten" aus dem Interesse für die Sache Gottes erklärt hatte, von dem sich der Freund ohne Ansehen der Person haben leiten lassen, . . . verweist (er) ihm (hier) seinen Hochmut etc." (Cfr. adnot. pag. 90). Si res ita se haberet ego Gregorium simulationis arguerem. Sed non est ita. Videtur Misch ignorare:

1° Gregorium etiam in hac oratione Basilium ἀπιστίας accusare;

2° eum aliquo quidem modo amicum excusare sed hac sententiae forma uti, „nisi quis," „πλὴν εἰ;"

3° orationem funebrem non „etwas früher" (mensibus Augusto/Septembri ut in adnotatis ad pag. 393 M. scripsit) sed *post* conditum carmen XI habitam esse. Si igitur acrius quid scripsit poeta, id orator postea retractavit. —
[2] Vide pag. 57 seqq.

§ 2. Num Gregorius omnia autobiographica carmina ea mente composuerit, ut in lucem ederentur?

Gregorium carmina quae in editionibus inscribi solent περὶ ἑαυτοῦ si in unum vel plures libros ea collegerit non in talem redegisse ordinem qualem nunc habemus, capite secundo [1] probatum est. At, non desunt rationes ob quas merito dubitare mihi visus sum, an ipse poeta omnia haec carmina in lucem ediderit.

Profecto carmina apologetica, quae ea mente condidit, ut calumnias et iniurias quibus affectus erat refelleret, nisi in lucem edere statuisset cur scripsisset? Id in aliis carminibus disertis verbis dicit, in aliis modo populum christianum, modo episcopos, modo sacerdotes ita alloquitur, ut eum non sibi soli scripsisse manifestum sit. Non paucos huiusmodi versus in capitibus quae praecedunt protuli, quapropter unum tantum eorum exemplum hic afferam. Carmine XI christianos Constantinopolitanos sic [2] alloquitur:

πρὸς δ' ὑμᾶς λόγος
τοὺς ἦν δθ' ἡμῶν, ἀλλὰ νῦν ἀλλοτρίους,
ὅσοι θ' ὁμοδοξοῦντες, εἴτε τις νόθος·
πάντες γὰρ ἡμῖν εὐμενεῖς μεμυκόσιν.
Ἄνδρες, τὸ κλεινὸν ὄμμα τῆς οἰκουμένης,
οἳ κόσμον οἰκεῖθ', ὡς ὁρῶ, τὸν δεύτερον,
γῆς καὶ θαλάττης κόσμον ἠμφιεσμένοι,
Ῥώμη νεουργής, εὐγενῶν ἄλλων ἕδος,
Κωνσταντίνου πόλις τε καὶ στήλη κράτους·

---

[1] Vide pag. 31. — [2] Vv. 9/19.

ἀκούσατ' ἄνδρες ἀνδρὸς ἀψευδεστάτου,
καὶ πολλὰ μοχθήσαντος ἐν πολλαῖς στροφαῖς,
ἐξ ὧν ὑπάρχει καὶ τὸ γιγνώσκειν πλέον. [1]

Sed praeter carmina apologetica plus quam septuaginta alia in libro nostro leguntur, de quibus an omnia a Gregorio in lucem edita sint merito dubitari potest. Non tantum ipse poeta nullam eorum mentionem fecit, sed neque Hieronymus Gregorii discipulus neque aliquis scriptor ante saeculum octavum ea commemoravit. Quin etiam non pauca carmina ipsa nos suadent, ut Gregorium morbo corporis et animi doloribus vexatum saepius sibi quidem et Deo tristem animum versibus effudisse, de iis autem edendis non cogitasse putemus. Haec post magistri mortem a discipulis inter eius codicillos inventa et cum aliis ingenii eius documentis cum pietate et veneratione servata atque transcripta esse suspicor. Quo deinceps factum est, ut tandem cum magistri gloriae detrimento potius quam incremento, id quod opera postuma a discipulis edita non raro effecerunt, in lucem edita sint.

Primum inspicienda sunt ea, quae Gregorius de operibus suis sive edendis sive iam editis scripsit. Dictum est [2], eum cum Cledonio presbytero [3] propositum communicasse, ut Appollinaristas secutus multa carmina quibus doctrinam christianam explicaret conderet: „Εἰ δὲ οἱ μακροὶ λόγοι, καὶ νέα ψαλτήρια, καὶ ἀντίφθογγα τῷ Δαβίδ, καὶ ἡ τῶν μέτρων χάρις, ἡ τρίτη διαθήκη νομίζεται, καὶ ἡμεῖς ψαλμολογήσομεν, καὶ πολλὰ γράψομεν, καὶ μετρήσομεν. Ἐπειδὴ δοκοῦμεν καὶ ἡμεῖς Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν· εἴπερ Πνεύματος χάρις τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ μὴ ἀνθρωπίνη καινοτομία." Vult Cledonium haec carmina in populum divulgare; ταῦτά σε βούλομαι διαμαρτύρασθαι τοὺς πολλούς, ἵνα μὴ βάρος ἔχωμεν, ὡς τοιοῦτο κακὸν παρορῶντες, καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν

[1] Cfr. carm. X vv. 1/12, XIII vv. 1/21. — [2] Vide cap. 1, pag. 17. — [3] Ep. 101, P. G. 37, col. 193.

ῥαθυμίαν, πονηροῦ δόγματος τομὴν καὶ ἰσχὺν λαμβάνοντος." Sed apparet, haec verba de theologicis non de autobiographicis carminibus scripta esse ideoque ad nostra carmina, nisi unum alterumve quod e theologicis in nostrum librum aberravit [1] excipis, referri non posse. — Carmine L, cui titulus κατὰ τοῦ πονηροῦ εἰς τὴν νόσον, [2] quod est ex ultimis [3] quae Gregorius condidit se ob infirmam senectutem iam nihil fere agere posse, conqueritur. [4]

Οὐκέτι μὲν θυέεσσιν ἁγνοῖς ἐπὶ χεῖρας ἀείρω,
τοῖς μεγάλοις Χριστοῦ μιγνύμενος πάθεσιν·
οὐκέτι δ' ἀθλοφόροισι φίλην ἵστημι χορείην,
εὐφήμοισι λόγοις τίμιον αἷμα σέβων.
Εὐρὼς δ' ἀμφὶ βίβλοισιν ἐμαῖς, μῦθοι δ'ἀτέλεστοι,
οἷς τίς ἀνὴρ δώσει τέρμα, φίλα φρονέων;

E quibus versibus conici quidem licet, eum in edendis perficiendisque operibus suis occupatum fuisse, non autem de *omnibus* operibus neque solum de orationibus vel de carminibus theologicis curandis eum cogitasse efficitur. Ipse enim Gregorius orationes aliquas quarum nonnullas Rufinus († 420) non multo post eius mortem in latinum transtulit sermonem, in lucem edidisse videtur. Hic in libro [5] quem de Historia ecclesiastica scripsit se decem Gregorii orationes transtulisse et praeter illas „alia etiam extare (eius) aliqua opuscula luculenta" testatur. [6] Notatu dignum est, inter orationes quas Hieronymus tribus annis post magistri mortem [7] recensuit nullam esse, quae post annum 381, i. e. postquam Gregorius Constantinopoli rediit, recitata sit, ne omnium quidem celeberrimam illam orationem funebrem in Basilium habitam. Dubitari autem nequit, quin

[1] Vide ea quae hac de re dicta sunt cap. 2, pag. 31/2. — [2] P. G. l. l. col. 1385. — [3] Post annum 383/4; cfr. cap. 2, pag. 53. — [4] Vv. 49 seqq. — [5] Rufini Aquileiensis presbyteri Historiae Ecclesiasticae libri duo. II, 9. P. L. XXI, col. 520. — [6] Videntur fuisse orationes, quae in ed. Mign. numerantur 2, 6, 16, 17, 26, 27, 38, 39, 41 et ep. ad Cledonium 1. (Cfr. Fontineum apud Mign. l. l. col. 15). — [7] Cfr. adnot. 1 cap. 2, pag. 26.

Gregorius eam in lucem [1] ediderit. Quare eum illa magistri opera, quae hic extremis vitae annis Nazianzi edidit, non novisse puto. Quod si ita res se habet, [2] iam non adeo mirum est, id quod mox videbimus, Hieronymum ex apologeticis Gregorii carminibus ne unum quidem rettulisse, quippe quae omnia ultimis vitae annis a poeta condita sint.

Gregorium epistulas quoque suas si non omnes saltem earum partem in unum collegisse opus vel collegere voluisse, ex iis quae ad Nicobulum [3] scripsit verisimile est. Cui adulescenti roganti, ut se artem litterarum scribendarum doceret, primum elegantissima atque pulcerrima epistula respondit, [4] dein magistri epistulas tamquam exempla quaedam petenti eas cum his litteris misit: [5] „Ἐν μετοπώρῳ τὰ ἄνθη παρὰ τοῦ λειμῶνος αἰτεῖς καὶ γεγηρακότα ὁπλίζεις τὸν Νέστορα, ἐμέ τι νῦν ἀπαιτῶν δεξιόν εἰς λόγους, ὃς πάλαι καὶ λόγου παντὸς καὶ βίου τὸ τερπνὸν καταλέλυκα. Ὅμως δὲ (οὐ γὰρ Εὐρύσθειόν τινα τοῦτον ἄθλον ἐπιτάττεις ἡμῖν, οὐδὲ Ἡράκλειον, ἀλλὰ καὶ μάλα ἡδύν τε καὶ ἥμερον, τῶν ἐμῶν ἐπιστολῶν σοι συναγαγεῖν ὅσας οἷον τε), σὺ τοίνυν τοῦτον ἱμάντα ταῖς σαῖς ἐγκατάθου βίβλοις... Ἄλλου μὲν... ἄλλο τι γνώρισμα, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον· τῶν δὲ ἡμετέρων λόγων, τὸ παιδευτικὸν ἔν τε γνώμαις καὶ δόγμασιν, ὅπη παρείκοι... Σὺ δὲ ἡμῖν ἀντιδοίης αὐτό τε τὸ γράφειν καὶ τὴν ἐξ ὧν γράφομεν ὠφέλειαν. Paullo post ad eundem Basilii quoque epistulas, quas suis se anteponere scripsit misit,: [6] Ἀεὶ προτιμήσας ἐμαυτοῦ τὸν μέγαν Βασίλειον, εἰ κἀκείνῳ τοὐναντίον ἐδόκει, καὶ νῦν προτιμῶ, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλήθειαν, ἢ τὴν φιλίαν. Διὰ τοῦτο προθεὶς τὰς ἐκείνου ἐπιστολὰς, τὰς ἐμὰς ὑποτίθημι. Καὶ γὰρ ἐπιθυμῶ πανταχοῦ συνεζεῦχθαι ἡμᾶς ἀλλήλοις, καὶ

[1] Cfr. Hürth, o. l. pag. 62. — [2] Eam quoque rationem esse puto, ob quam Hieronymus (l. l.) scripserit: „Gregorium *ad triginta milia versuum omnia opera sua composuisse.*" Hic enim numerus si de omnibus operibus quae Gregorius scripsit dicitur falsus est, sin de iis tantum, quae *ipse ante annum 381 in lucem ediderat*, fortasse rectus. — [3] Is Gorgoniae, Gregorii sororis, filius erat. — [4] Ep. 51. P. G. 37, col. 105. — [5] Ep. 52, ib. col. 108. — [6] Ep. 53, ib. col. 109.

ἅμα τύπον παρέχων τοῖς ἄλλοις τοῦ μετρίου καὶ τῆς ὑφέσεως."

Sed praecipuus locus, quo Gregorius de carminibus quae in lucem ediderat egit, est in carmine XXXIX [1] quod inscribitur εἰς τὰ ἔμμετρα. „Cum nostra aetate, inquit, multos libros plenos nugarum conscribi viderem, ego hominibus γνώμην

ταύτην ἔδωκα, πάντα ῥίψαντας λόγον,
αὐτῶν ἔχεσθαι τῶν θεοπνεύστων μόνον.

Qui cum a multis non recte intellegantur,

ἄλλην μετῆλθον τῶν λόγων ταύτην ὁδόν,
. . . .
μέτροις τι δοῦναι τῶν ἐμῶν πονημάτων.

Id autem non ideo fecit ut inanem gloriam sibi compararet: [2]

Οὐχ ὡς ἂν οἰηθεῖεν οἱ πολλοὶ βροτῶν,
τῶν πάντα ῥᾴστων, δόξαν ἐκκαρπούμενος
κενήν,

neque προτιμῶν τοῦτο τῶν θείων πόνων, [3] sed ob has quas attulit rationes, [4]

Πρῶτον μὲν ἠθέλησα, τοῖς ἄλλοις καμών,
οὕτω πεδῆσαι τὴν ἐμὴν ἀμετρίαν, [5]
ὡς ἂν γράφων γε ἀλλὰ μὴ πολλὰ γράφω,
καμὼν τὸ μέτρον. Δεύτερον δὲ τοῖς νέοις,
καὶ τῶν ὅσοι μάλιστα χαίρουσι λόγοις,
ὥσπερ τι τερπνὸν τοῦτο δοῦναι φάρμακον,
πειθοῦς ἀγωγὸν εἰς τὰ χρησιμώτερα,
τέχνῃ γλυκάζων τὸ πικρὸν τῶν ἐντολῶν.
Φιλεῖ δ' ἀνίεσθαί τε καὶ νευρᾶς τόνος·
εἴ πως θέλεις καὶ τοῦτο· εἰ μή τι πλέον,
ἀντ' ᾀσμάτων σοι ταῦτα καὶ λυρισμάτων.
Παίζειν δέδωκα, εἴ τι καὶ παίζειν θέλεις,
μή τις βλάβη σοι πρὸς τὸ καλὸν συλωμένῳ.
Τρίτον πεπονθὼς οἶδα· πρᾶγμα μὲν τυχόν

[1] Ib. col. 1329. — [2] V. v. 9/10, 22/3, 25/30. — [3] Ib. v. 31. — [4] V. 33/57. — [5] Vide cap. 1 pag. 24.

μικροπρεπές τι, πλὴν πέπονθ', οὐδ' ἐν λόγοις
πλέον δίδωμι τοὺς ξένους ἡμῶν ἔχειν·
τούτοις λέγω δὴ τοῖς κεχρωσμένοις λόγοις
εἰ καὶ τὸ κάλλος ἡμῖν ἐν θεωρίᾳ.
Ὑμῖν μὲν οὖν δὴ τοῖς σοφοῖς ἐπαίξαμεν·
ἔστω τις ἡμῖν καὶ χάρις λεόντιος.
Τέταρτον εὗρον τῇ νόσῳ πονούμενος
παρηγόρημα τοῦτο, κύκνος ὡς γέρων,
λαλεῖν ἐμαυτῷ τὰ πτερῶν συρίγματα,
οὐ θρῆνον, ἀλλ' ὕμνον τιν' ἐξιτήριον.

Exponit dein, quaenam sint carminum quae lectoribus offert argumenta: [1]

τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἔκτοθεν·
ἢ τῶν καλῶν ἔπαινος, ἢ κακῶν ψόγος,
ἢ δόγματ', ἢ γνώμη τις, ἢ τομαὶ λόγων,
μνήμην ἔχουσαι τῇ δέσει τοῦ γράμματος.

Tum versus suos a iudice quodam minus benevolo defendit. Postremum eo quod etiam in s. Scriptura carmina inveniuntur nihil obstare, quominus iuvenes versibus doctrinae christianae praecepta doceantur demonstrat. [2]

Τίς οὖν βλάβη σοι, τοὺς νέους δι' ἡδονῆς
σεμνῆς ἄγεσθαι πρὸς Θεοῦ κοινωνίαν;
οὐ γὰρ φέρουσιν ἀθρόαν μετάστασιν.
Νῦν μέν τις ἔστω μίξις εὐγενεστέρα·
πῆξιν δ' ὅταν τὸ καλὸν ἐν χρόνῳ λάβῃ,
ὑποσπάσαντες, ὡς ἐρείσματ' ἀψίδων,
τὸ κομψὸν, αὐτὸ τἀγαθὸν φυλάξομεν.
Τούτου τί ἂν γένοιτο χρησιμώτερον;

Iam vero neque primam neque tertiam rationem, ob quas Gregorius se carmina condidisse dicit, nimirum ne ipse nimis multa scriberet neve pagani (οἱ ξένοι) in eo gloriarentur, quod nulla essent carmina a Christianis condita, ad nostram quaestionem solvendam vel aliquid

[1] Vv. 64/68. — [2] Vv. 90/97.

conferre quivis primo statim adspectu videt. Valent enim etiam si poeta nullum unquam carmen autobiographicum scripsit. Secunda autem ratio, ad quam extrema carminis parte redit, ad sola carmina in quibus praecepta traduntur referenda esse manifestum est. Restat quarta. Solatio erat Gregorio morbis confecto

κύκνος ὡς γέρων, [1]
λαλεῖν (ἑ)αυτῷ τὰ πτερῶν συρίγματα.

Quibus verbis de autobiographicis carminibus agi iure tuo diceres, nisi sequeretur haec quasi eorum explicatio:

οὐ θρῆνον, ἀλλ' ὕμνον τιν' ἐξιτήριον.

Libri enim nostri pars longe maior θρήνους continet, vix unum alterumve ὕμνον! [2] Quin immo omnia fere illa carmina autobiographica, quae Gregorii vitae asceticae congruunt, querelae sunt de animi doloribus deque spiritualibus, ut aiunt, miseriis. Id quod tum compluribus versibus in prioribus capitibus prolatis ad evidentiam usque demonstratur, tum capite quarto adeo fuse explicabitur ut carminum illorum quasi propriam et singularem notam in dulci et molli quadam melancholia positam esse iure dicatur. Versus illi de hymnis quos editores in carminum librum priorem collegerunt intellegendi sunt. [3]

Insuper carminum argumenta paucis exponens carmina „moralia" quae dicuntur, satirica, dogmatica, epigrammata, non autem autobiographica enumerat.

Τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἔκτοθεν·
ἢ τῶν καλῶν ἔπαινος, ἢ κακῶν ψόγος,
ἢ δόγματ', ἢ γνώμη τις, ἢ τομαὶ λόγων,
μνήμην ἔχουσαι τῇ δέσει τοῦ γράμματος.

[1] Tollius qui non pauca Gregorii carmina primus in lucem edidit, hoc versiculo adductus esse videtur ut ea „cygnea carmina" inscriberet (o. l. pag. 17). — [2] Carm. XXXVIII, cui titulus ὕμνος εἰς Χριστὸν μετὰ τὴν σιωπήν, ἐν τῷ Πάσχα. P. G. 37, col. 1325/29. — [3] Carm. XXIX—XXXIV, P. G. 37, col. 507/517: ὕμνος εἰς Θεόν, ὕμνος πρὸς Θεόν, ὕμνος ἄλλος, ὕμνος ἑσπερινός, εὐχαριστήριον, εὐχαριστήριον ἄλλο.

Dixerit quis, verba τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἔκτοθεν ita interpretanda esse: alia argumenta e rebus (vita) meis, alia ex iis quae extra me sunt deprompsi. Sed primum verba τῶν ἐμῶν et ea quibus opponuntur τὰ δ' ἔκτοθεν tum apud alios scriptores ecclesiasticos tum etiam apud Gregorium tantum non semper ita usurpari, ut illa (τῶν ἐμῶν) verti liceat „e sacris scripturis," „e doctrina christiana," „e christianorum ordine," haec vero (τὰ ἔκτοθεν) „profanorum et haereticorum libris doctrina ordine," fere constat. Quod ut quam verum sit in Gregorii scriptis demonstrem nonnullos locos tum e carminibus tum ex orationibus tum ex epistulis eius proferam.

Carmine ad Seleucum misso,[1] postquam docuit qua prudentia, qua mente libri paganorum legendi sint:[2]

ἃ δ' εἰς θεοὺς ἔγραψαν ἐν λήρῳ πλατεῖ,
μύθους ἀσέμνους δαιμόνων διδάγματα,
μύθους γέλωτος ἀξίους καὶ δακρύων,
ταῦθ' ὡς βρόχους τε καὶ πάγας ἀποστρέφου.
Ἄμφω δ' ἀναγνούς, τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς λόγους,
θεοὺς γελοίους καὶ λόγους ἐρασμίους,
καταφρόνει μὲν τῶν φιληδόνων θεῶν,
λόγους δὲ τιμῶν, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς φυτοῦ,
καὶ τὰς ἀκάνθας φεῦγε, καὶ ῥόδον δρέπου,

haec addidit:

καὶ τῶν μὲν ἔξω σοι λόγων οὗτος νόμος
ἄριστος.

Libri nostri carmine XI se primum ad tribunal iudicis ariani ductus cum esset a Christo esse adiutum, ab ipsis hominibus catholicis molestiis affectum esse narrat. Utriusque factionis homines verbis ἐν ξένῳ κριτηρίῳ et τῶν ἐμῶν inter se opponit:[3]

Καί μοι παρέστη τοῦ λόγου συνήγορος
Χριστὸς βοηθῶν τῷ συνηγόρῳ λόγῳ....

[1] Libr. II Sect. 2 Carm. VIII; P. G. col. 1577/1600. — [2] Vv. 53/61. — [3] Vv. 673/680 l. l. col. 1075.

οὗτός μ' ἐδόξασ' ἐν ξένῳ κριτηρίῳ.
Ἔπειτα δεινὸς τῶν ἐμῶν οἰδεῖ φθόνος.

Eodem carmine nihil sibi in praedicando Verbo Dei commune esse cum oratoribus profanis et haereticis professus, ait[1]

Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα,
χωρὶς τὰ τῶν ἔξωθεν, οἵ τ' ἐμοὶ λόγοι.

Satira XII malos episcopos alloquitur eorumque mores impedimento esse dicit, quominus doctrina christiana ab hominibus accipiatur. Nam licet Christiani quidem sciant, fieri posse ut peccatori, quem vitae impiae vere poeniteat, Spiritus sancti gratia remittantur peccata, ii tamen qui Christiani non sunt ex episcoporum vita praeterita doctrinam eorum iudicare solent. Hoc autem hisce verbis exprimit:[2]

Τοῦτ' οὖν ὁ πιστὸς καὶ σέβων ἐμοὺς νόμους
δώσει προθύμως, ἐνδιδοὺς τῷ δόγματι.
Ὁ δ' ἐκτὸς οὐδέν' οἶδε πλὴν εὐδοξίας
ὅρον τίθεσθαι τοῦ καλοῦ τῆς πίστεως.

Disertius etiam, si fieri potest, hanc esse verborum illorum significationem epistula ad Philagrium[3] data, qua eum laudat quod animo patienti ut virum philosophum decet res adversas pertulerit, probatur. Exempla summorum virorum non tantum Christianorum sed etiam paganorum his verbis ei monstrat: „Καὶ διὰ τοῦτο θαυμάζω μὲν τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύσαντας, ἢ συμφορὰν διενεγκόντας νεανικῶς· θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τοὺς τούτοις παραπλησίους, οἷον τὸν Ἀνάξαρχον ἐκεῖνον, τὸν Ἐπίκτητον, τὸν Σωκράτην, ἵνα μὴ λέγω πολλούς.... προσέθηκα δ' ἂν τούτοις καὶ Ἰὼβ τὸν ἡμέτερον." In alia epistula[4] ad eundem missa se amicum aegrotum Psalmo 72 interpretando consolatum esse dicit: „Καί, ὡς οἷόν τε ἦν, εἷλκον τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὸ πάθος (amici morbum vel dolorem) ἐκ τῶν ἡμετέρων, ἐκ τῶν ἔξωθεν ταῦτα φιλοσοφῶν, ὡς ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ καὶ

[1] Vv. 1240/1. Cfr. etiam adnotationen ad v. 1723: ἡμεῖς δὲ πῶς ποτ' οἱ φιλάνθρωποι λίαν; Recte edit.: ἡμεῖς· οἱ τῆς ὀρθοδόξου μοίρας." — [2] Vv. 529/532. — [3] Ep. 32; P. G. 37, col. 72. — [4] Ep. 34, P. G. 37, col. 76.

τοσούτῳ διαλεγόμενος." Ad Saturninum: [1] „τοῖς μὲν γὰρ ἔξω τὴν ἐξουσίαν inquit, ἡμῖν δὲ νέμεις τὴν παρρησίαν, ὡς ὁμόδουλος ἀγαθὸς τοῖς θεῷ πλησιάζειν ἠξιωμένοις." Idem fere in epistulis ad Olympium, [2] ad Timotheum, [3] ad Postumianum, [4] ad Eudoxium, [5] ad Abbatium [6] datis legitur. In oratione XXVIII [7] verba quaedam e sacra scriptura prolata ad solem referens dixit: „Οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι ἄλλοθεν ἢ τοῖς ἐμοῖς τοῦτον ἀποσεμνύνειν", et paullo post illud Platonis memorans: „idem esse in sensibilibus solem quod Deum in intellegibilibus," addit hanc sententiam protulisse „τινα τῶν ἀλλοτρίων."

Unus tantum locus est, quod quidem sciam, quo verba τὰ ἐμά et τὰ ἔξωθεν ita coniunctim leguntur, ut christianos et profanos (haereticos) scriptores (vel res) inter se opponi certum non sit. Versus sunt carminis XI supra [8] allati:

Μηδὲν μέγ' εἴπῃς συντόμως, ἄνθρωπος ὤν.
Ἀεὶ κολούει τὰς ἐπάρσεις ὁ φθόνος·
μηδὲν λάβῃς ἔξωθεν, τἀμὰ δὲ σκόπει,

qui, licet ideo quod ὁ φθόνος in litteris profanis sexcenties κολούειν τὰς ἐπάρσεις dicitur non male ita vertantur: „ne quid sumseris e profanis, sed mea adspice," i.e. „noli quaerere exempla Invidiae homines eximios persequentis apud profanos, sed apud ipsos Christianos quibuscum vivis, quos Invidia non minus quam veteres homines vexat circumspice," tamen etiam hoc significare possunt: „ne quaesieris extra me exemplum, sed meas res adspice, me enim quoque invidia persecuta est." Sed, ut dixi, praeter hunc locum de cuius significatione dubitari potest alium quo verba de quibus disputamus legantur, quin res christianae (orthodoxae) rebus profanis (haereticis) opponantur non novi. Quapropter

[1] Ep. 132, ib. col. 228. — [2] Ep. 144, ib. col. 217. — [3] Ep. 164, ib. col. 272. — [4] Ep. 173, ib. col. 284. — [5] Ep. 175, ib. col. 285. — [6] Ep. 233, ib. col. 376. — [7] Περὶ θεολογίας, no. 29. P. G. 36, col. 68. Cfr. etiam or. 27, ib. col. 24/5; or. 31, ib. col. 137 et 152; or. 34, ib. col. 245. — [8] Vide pag. 88. v. 334/6.

valde verisimile est, Gregorium versu quoque nostro τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἔκτοθεν non carmina illa quae περὶ ἑαυτοῦ composuerit sed ea quorum argumenta alia e christiana alia e profana doctrina deprompta sint indicasse.

Haec interpretatio optime cum reliquis quoque versibus [1] concordat, quibus accuratius et distinctius ea quae versu 64 universe tantum indicata erant enumerantur. Alia, inquit, argumenta deprompta sunt e nostra doctrina alia e profana, nimirum:

ἢ τῶν καλῶν ἔπαινος, ἢ κακῶν ψόγος,
ἢ δόγματ', ἢ γνώμη τις, ἢ τομαὶ λόγων,
μνήμην ἔχουσαι τῇ δέσει τοῦ γράμματος.

Atqui nulla his versibus carminum autobiographicorum mentio fit. Ergo neque versu 64 verba τῶν ἐμῶν ad autobiographica referenda sunt. Dicas versus 65/67 non totum versum 64 sed tantum ultima eius verba τὰ δ' ἔκτοθεν explicare. At praeterquam quod sensus obvius exigit, ut haec explicatio ad totum versum praecedentem referatur, Gregorium et bonorum laudes et malorum vituperationes et dogmatum interpretationem et breves sententias tantum non omnes e sacris litteris hausisse, addito hic illic exemplo atque argumentatione e profanis litteris desumpto certum est. Quod ut verum esse demonstrem decem fere versuum milia (quae benevolus lector ipse consulat quaeso) mihi proferenda sunt.

Itaque e tribus locis, quibus Gregorius universe de operibus suis in lucem sive iam editis sive edendis egit nostra carmina ne verbo quidem indicavit, immo carmine XXXIX se lectoribus θρήνους obtulisse negat. Neque apud eos, qui ante saeculum octavum quo Cosmas Hierosolymitanus commentarium [2] in Gregorii carmina composuit, de Gregorio scripserunt, vel aliquid de autobiographicis

[1] V. 65/67. — [2] Vide cap. 2, pag. 35.

carminibus legitur, ne apud ipsum Hieronymum quidem.[1] Is ex omnibus carminibus Nazianzeni unum tantum quod inscribitur σύγκρισις βίων[2] commemorat, nisi forte etiam satiram cui titulus εἰς Μάξιμον[3] significare velit cum scribat „esse librum, qui Maximi vituperationem contineat." Sed hoc certum non est. Potius his verbis orationem XXVI cui titulus: [4] εἰς ἑαυτὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντα μετὰ τὰ κατὰ Μάξιμον, qua oratione ea quae a Maximo impie facta erant corripit intellegere videtur. Quidquid est, neque Hieronymus carminum περὶ ἑαυτοῦ conditorum mentionem fecit. Dices id mirum non esse, cum verisimile sit Hieronymum ea tantum Gregorii opera quae hic ante abdicationem in lucem edidit cognovisse,[5] nostra autem carmina fere omnia post annum 381 exeuntem condita sint. Sed quamquam Gregorius longe maiorem eorum partem post abdicationem scripsit, alia tamen decem, duodecim annis ante condiderat. Haec Hieronymus, si a magistro edita essent certo novisset, si autem novisset, cur eorum nullam mentionem fecisset? Sunt enim inter ea et longiora quaedam[6] trecentorum, sexcentorum versuum et, quod maioris momenti est, ea quidem talia quae novum prorsus et singulare quoddam poeseos genus constituant, cum omnium prima esse videantur, quibus interioris hominis vita describitur.[7]

Ad tertiam argumentationem ob quam verisimile est, Gregorium non omnia carmina haec ea mente scripsisse, ut in lucem ederentur, melius intellegendam, prius de eius epigrammatis quaedam dici necesse est. Haec carmina quorum CCXXIII supersunt[8] in XL argumenta ita divisa sunt, ut in eorum quindecim[9] tantum singula carmina

[1] Vide verba eius adnot. cap. 2, pag. 26. — [2] P. G. 37; col. 649/667. — [3] Ib. col. 1339/43. — [4] P. G. 35, col. 1227 seqq. — [5] Vide pag. 104 — [6] Carm. I et XLV. — [7] Vide ea quae cap. 4 de hac re dicentur. — [8] CXXIX epitaphia et XCIV epigrammata. P. G. 38, col. 11/130. — [9] Epit. 4, 5, 54, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 128, 129; epigr. 3, 24, 25, 30.

in sex[1] bina, in septem[2] terna, in duos[3] quaterna, in duos alios[4] quina, in septem reliqua[5] septem, novem, undecim, quattuordecim, sedecim, triginta quinque, sexaginta quinque scripta sint. Iam vero fieri potuisse, ut Gregorius in unum alterumve amicum quattuor vel quinque epigrammata scripserit eaque dein vulgaverit non negabo. Sed quo maior fit carminum in eundem hominem vel in idem argumentum conditorum numerus eo difficilius intellegitur, omnia haec carmina in lucem edita esse. Quis quaeso sibi persuadere potest, ut Gregorium in matrem triginta quinque, in eos qui sepulcrorum monumenta spoliassent non pauciora quam sexaginta quinque epigrammata in lucem emisisse putet? Nonne multo verisimilius est eum tot de eodem argumento carmina composuisse, ut ea tantum quae sibi meliora esse viderentur foras daret, vel potius — id quod magis mihi placet — ut otium ad quod post peractos labores conversus erat quasi ludendo versibus consumeret?

Atqui idem fere de multis carminibus quae Gregorii asceticae vitae rationi congruunt iure ac merito dicitur. Memineris velim quot carmina, quibus poeta de daemonum vexationibus, de peccatis, de aliis animi doloribus conqueritur capite[6], secundo enumerata sint. Accedit quod multa carmina, nisi Gregorium ea sibi tantum scripsisse non edidisse putas, vix intelleguntur. Res manifesta est in carminibus XXIV— XXVI.[7] Mane poeta Deo diem consecrat (XXIV), vespere se peccasse dolet (XXV), postridie scribit:

Ἐζημίωμαι, Χριστέ, τὴν χθὲς ἡμέραν,
χόλος προσῆλθε, καί μ' ἔκλεψεν ἀθρόον.
Τὴν σήμερον λάβοιμι φωτὸς ἡμέραν.

[1] Epit. 101/2, 110/111, 126/127; epigr. 1/2, 15/16, 17/18. — [2] Epit. 1/3, 22/24, 25/27, 37/39, 112/114; epigr. 4/6, 7/9. — [3] Epit. 115/118; epigr. 26/29. — [4] Epigr. 10/14, 19/23. — [5] Epit. 103/109, 28/36, 55/65, 40/53, 6/21, 66/100; epigr. 31/94. — [6] Vide pag. 51 et passim. — [7] Cfr. cap. 2, pag. 49.

Μέμνησο σαυτοῦ· μὴ λάθῃς Θεὸν βλέπων·
ὀμώμοκας· μέμνησο τῆς σωτηρίας.

Quis unquam poeta vel maxime mediocris lectoribus huiusmodi carmen obtulit: [1]

Τριὰς λαλοῖτο, καὶ καταρτίζοι λόγον
ἄλλος τις, ὅσπερ ἄξιος. Θρόνων δ' ἐγὼ
εἴξω. Θεῷ γὰρ προσλαλῶν οὐ παύσομαι.

vel hoc quod inscribitur: [2] Ἄλλο πρὸς Χριστόν,

Πάλιν προσῆλθεν ὁ δράκων· Σοῦ δράσσομαι.
Δαβὶδ παρέστω, κρουέτω τὴν κινύραν.
Ἄπελθ', ἄπελθε, πνεῦμα συμπνίγον κακά. [3]

Quasi in media tentatione hos versus fecit: [4]

Ἄπελθ', ἄπελθε, δυσμενὲς, βροτοκτόνε·
ἄπελθε, δεινῶν ὄμμα, λυσσῶδες κακόν·
ἄπελθε, Χριστὸς ἔνδον, ᾧ φέρων ἐμὴν
ψυχὴν δέδωκα. Φεῦγ' ἀπειπὼν ὡς τάχος.
Ὠὴ βοηθεῖτ' ἄγγελοι παραστάται.
Ὠὴ τυραννὶς καὶ κλοπὴ προσέρχεται·
ὧν μ' ἐξέλεσθε, ναὶ, φίλοι, λιθάζομαι.

Haec et similia carmina si poeta in ipso animi angore sibi tantum scripsit intellego, non intellego, si in lucem edere voluit.

Quaestionem argumentis quae dedi solutam non esse probe scio. Res dubia relinquitur donec viri docti Gregorii opera omni ex parte perscrutati erunt. Neque tamen propterea haec quae inveni indicia mihi tacenda fuisse existimo.

---

[1] Carm. IV, Εἰς αὐτόν. (ἑαυτόν?) P. G. 37, col. 1022. — [2] Carm. LXIV, ib. col. 1406. — [3] Ita propono. Vix intellegitur κακά. Edd. Πνεῦμα συμπνίγον, κακά. Vat. συμπνίγοις κακούς. — [4] Carm. LIX, Κατὰ τοῦ πονηροῦ. Ib. col. 1403.

Caput Quartum.

CARMINUM IUDICIUM.

Reliquum est, ut de sermone atque ingenio Gregoriano paucis verbis dicatur. Qua in disputatione neque grammaticae quaestiones neque metricae, quippe quae et opusculi huius indoli parum conveniant et abundantius iam a viris doctis [1] tractatae sint, nisi quatenus ad rectum hac de re iudicium formandum ferendumque iuvant movebuntur. E legibus potius artis, ut aiunt, carmina de quibus egimus iudicanda sunt, ut quibus potissimum rebus poeta bene quibus male meritus sit, quantum fieri possit, intellegatur. Scio equidem virum doctissimum Dubedout in libro quem de Gregorii Nazianzeni carminibus composuit, idem tentasse immo toto libro ut in prooemio [2] scripsit id unum fere spectasse. Sed praeterquam quod de Gregorii studiis poeticis [3] non recte iudicavit, magnam carminum partem et eam quidem ad quam plurima carmina autobiographica pertinent ita prorsus neglexit, ut in iis perpendendis operam aliquam daturus non acta agere mihi videar.

Iam vero ante omnia animadvertendum est Gregorium uti in alius operibus suis ita etiam in his carminibus non vul-

---

[1] P. Stoppel. Quaestiones de Gregorii Nazianzeni poetarum scenicorum imitatione et arte metrica. Dissertatio Rostochii. typis academicis Adlerianis. 1881. — Dubedout o. l. pag. 83/92 et 125/132. Uterque de pedibus solutis, qui in Gregorii senariis exstant, scripsit. Vide alia opera de hac re vulgata apud Hürth o. l. pag. 1 in adn. — [2] Dubedout, o. l. pag. 7. — [3] Vide cap, 1, pag. 14/19.

gari sermone usum esse, sed verba, metra, omnem versuum scribendorum rationem, quam apud antiquos poetas inveniret, esse imitatum. Exempla passim allata iam satis hoc demonstrarunt. Sane novum metricum genus vocum intentione atque accentu potius quam syllabarum quantitate ortum, quod eius aetate florere coepit [1] et quo in duobus carminibus theologicis usus est, saepissime aliorum quoque carminum metra affecisse non ego negabo. „Gregorii prosodiae leges, ita Stoppel, [2] minus certae et constantes sunt quam poetarum classicorum, quantumvis a Byzantinorum licentia abhorreant. Vocalis, quam sequitur muta cum liquida, modo brevis est modo longa, quo fit, ut nonnullorum Theologi senariorum duplex mensura sit; nonnunquam vocalis natura brevis ictus vi producitur, nonnunquam vocalis, non correpta a veteribus poetis, corripitur a Gregorio." Numerum pedum solutorum, qui in Gregorii senariis exstant vir doctissimus in tabulas retulit quarum praecipuam hoc loco insero. [3] In 7550 iambicis trimetris leguntur:

	1 (pes)	2	3
tribrachi . .	10 (6 + 2 + 2)	30 (17 + 11 + 2)	21 (2 + 15 + 4)
dactyli . . .	40 (13 + 19 + 8)	2? (2 + 0 + 0)	34 (2 + 26 + 6)
anapaesti . .	21 (16 + 4 + 1)	80 (62 + 17 + 1)	24 (9 + 11 + 4)
Summa . .	71 (35 + 25 + 11)	112 (81 + 28 + 3)	79 (13 + 52 + 14)
	4	5	**Summa**
tribrachi . .	33 (12 + 12 + 0)	1? (1 + 0 + 0)	95 (47 + 40 + 8)
dactyli . . .	2? (0 + 2 + 0)	5 (0 + 5 + 0)	83 (17 + 52 + 14)
anapaesti . .	126 (83 + 40 + 3)	21 (11 + 10 + 0)	272 (181 + 82 + 4)
Summa . .	161 (104 + 54 + 3)	27 (12 + 15 + 0)	450 (245 + 174 + 31)

„Prior numerus uncis inclusus indicat solutiones et ana-

[1] Cfr. Krumbacher. Gesch. der Byz. Litt.[2] München, Beck 1897, pag. 661. „Die ältesten selbständigen rythmischen Gedichte stammen van Gregor von Nazianz; es ist sein Jungfrauenlied und sein Abendhymnus. Wie Gregor, der Hauptvertreter der christlichen Quantitätspoesie, dazu kam, sich auch in der neuen Form zu versuchen, ist schwer zu erklären." — [2] Stoppel, o. l. pag. 20/21. — [3] Ib. pag. 63.

paestos uno vocabulo effectos, alter eos qui duobus, tertius, qui tribus vocabulis continentur." Apparet quanta sit Gregorii ab elegantia classicorum poetarum discrepantia. Alias tabulas in quas ipse ea quae de Nazianzeni proprietatibus metricis mihi adnotaveram retuli, ne arithmeticae potius quam litteris operam dedisse videar omitto. Satis enim est ad iudicandum de carminibus si universe recenseantur. Gregorius in senariis sat multos trochaeos (praesertim in primo pede) adhibet, etiamsi syllaba natura brevis accentu prematur, velut carminis XI

v. 1252 ἔστι δ' ὅτ' ἐκχωροῦντας ἀμφοῖν ἐξίσης,
v. 1443 ἧρκτο γὰρ ἧρκτο συνδραμοῦσα τοῖς πόνοις,
v. 1505 ἄλλα σὺν οἷς ἀγάλλετ' εὐτάκτοις Θέος,

Idem alii multi eiusdem carminis versus demonstrant. Ad easdem voces promiscue antiquam et recentiorem legem metricam applicat, ut plurimi versus testantur, v. g. carminis laudati vv. 1903/1904

Κροτοῦσι δ' ἄλλοι, καὶ λαμβάνω τὴν χάριν,
μόγις μὲν, ὡς λέγουσι, λαμβάνω δ' ὅμως,

quorum altero vi accentus syllaba producitur altero eadem corripitur vi quantitatis. Nonnunquam senarius trochaeo vel spondaeo terminatur, ut eodem carmine

Οὐ ῥᾷστον εὑρεῖν τὴν ἀμείνω (sc. ὁδόν) καὶ λεῖαν; [1]

In carmine heroico tertia fere versuum pars solis dactylis constat; e 575 pentametris 140 tantum sunt versus, quorum altera pars vocabulo duarum syllabarum terminatur. Adeo familiaris Gregorio est usus hiatus et eius quidem talis qualem antiqui poetae vix unquam adhibuerunt, ut iis solum enumerandis, qui in nostris carminibus longioribus inveniuntur non paucae huius libelli paginae explerentur. Atqui pleraeque horum proprietatum mutatis paullatim prosodiae legibus adscribendae sunt. Certum quoque est, in Gregorii carminibus multa quae apud antiquos poetas non

[1] V. 285. Eadem syllaba ει eodem modo invenitur v. 575, 1148, 1857 in vocibus ἀπωλείας, κατηφείας.

leguntur verba inveniri. Sed tamen praecipua eius dicendi vis omnis in antiquorum imitatione posita est. Cur poeta ita fecerit qui temporis rationem habet facile intelleget. Summa nimirum paganorum ingenia, Aristides, Libanius, alii in orationibus et libris vulgarem sermonem veluti spernebant, christiani autem scriptores et eorum discipuli erant neque iis se postponi sinebant. Quod si quaeris, quosnam praecipue poetas Gregorius imitatus sit, respondet Naekius, [1] sibi probabile videri „Theologum antequam ad poetandum se accingeret eorum maxime poetarum lectione sese exercuisse, qui medio inter veram antiquitatem et hanc inferiorem aetatem tempore, suo quodam studio ducti profiturum posteritati thesaurum ac penum conquisitarum undique elegantiarum condidissent. Atque horum facile princeps Callimachus fuit." Stoppel, qui innumeras fere voces locutiones enuntiationes quae tum apud Gregorium tum apud scenicos poetas leguntur collegit, [2] Naekio adversatur. „Maxime inquit Euripidis fabularum lectione sese exercuit Theologus... Neque desunt satis gravia exempla ex Aeschylo, Sophocle, Aristophane deprompta, quibus Gregorium hos quoque legendi studio complexum eorumque dictionem haud raro secutum esse probetur... Quae cum ita sint, assentiri non possum Naekio dicenti imprimis eorum poetarum studio ac cognitione imbutum esse Theologum, qui medio inter veram antiquitatem et inferiorem aetatem tempore floruissent, praecipue Callimachi. Certe quidem exemplis, quae Naekius ex Callimacho profert, id effici posse nego..." Decem autem annis post Stoppelium Dubedout denuo inquisitionem de Gregorii fontibus instituit, qua eum in senariis quidem [3] Euripidem in hexametris vero Homerum potissimum secutum esse demonstravit. „At satis habeo, [4] sic ille, nonnullos hic adscripsisse locos ex quibus tria collegam: unum quod in

[1] Opusc. I, pag. 236. (Ind. lect. Bonnens. 1836/37). — [2] Stoppel, o. l. pag. 3/18. — [3] Dubedout, o. l. pag. 92. — [4] Ib. pag. 86/87.

poematis hexametro pentametroque conscriptis... Gregorius nullam fortasse propriam dicendi rationem sibi assumpserit, verum aut multa ex poetis qui antecessere consilio suis contexuerit, aut nisi eos propius secutus erit, commune sibi scribendi genus ex eorum usu efformaverit. Alterum quod utique cum Alexandrinis scriptoribus consuetudinem habuerit neque tamen eis mancipatum praecipue sese habuerit. Tertio demum, (quod constat) Gregorium maxime libris homericis operam dedisse, quibus ita sese imbuerit, ut quasi inscius ac sponte verba Homeri aut hemistichia aut versus suis immiscuerit, vel ad ipsius exemplum dictionemque suam prorsus orationem conformaverit." Certum autem est, servilem hanc antiquorum imitationem poetae non parum nocuisse, tum eo quod vividam ingenii vim mortuae linguae vocabula metraque magnopere impedierunt, [1] — „die starren Formen, ita Krumbacher, der veralteten Metrik liessen das Feuer seiner Empfindung nicht frei genug aufflackern" — tum eo quod docta atque a quotidiani sermonis usu prorsus abhorrentia carmina populum vix commovere potuerunt. Haec ego non dubito, quin causa fuerit ob quam Gregorii carmina praeter hymnos nonnullos a sancto Ephremo in syriacum sermonem translatos in Christianorum ecclesiis accepta fere non sunt. Putat quidem Schubach [2], sanctum Ioannem Chrysostomum cum ex hymnis qui circumferrentur praestantiores elegisset, qui ab orthodoxae fidei sectatoribus in ecclesia decantarentur, sine dubio Gregorii hymnos elegisse, sed hanc opinionem nullo argumento probavit. Immo Krumbacher [3] contrariam sententiam defendit: „Seine Werke, inquit, blieben dem *Volke*, der *Gemeinde*, der *kirchenlichen Praxis fern*. Man verstand das mächtig eindringende Wort des Gregor, wenn er von der Kanzel sprach, aber niemals hat die Kirche in ihrem öffentlichen

[1] Krumbacher, o. l. pag. 653. — [2] Schubach, o. l. pag. 3. — [3] Krumbacher, l. l.

Kultus eines seiner kunstvollen Gedichte wiederholt." Quod autem de hymnis dictum est idem de nostris carminibus mutatis mutandis dicendum esse existimo.

Accedit ut non tantum omnem scribendi rationem ex antiquis deprompserit, sed etiam in verborum figuris in sententiis conformandis eos servilius imitatus sit. Exemplo rem illustrem. Libri nostri carmine primo divinam implorans miserationem haec scripsit: [1]

Λίσσομαι, εἴ ποτε δή Σε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ
δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ εὐχωλῇσιν ἔτισαν,
ἤ τινα τοι κτεάνων τυτθὴν ἀπὸ μοῖραν ἔνειμαν,
ἤ θυσίαις καθαρῇσι καὶ εὐαγέεσσι γέρηραν
(οὐ γὰρ ἐγώ ποτε Σεῖο ἐπάξιον οὐδὲν ἔρεξα),
τῶν μνῆσαι, καὶ ἄλαλκε· κακὰς δ' ἀπόπεμπε μερίμνας·

et paullo post:

Σοὶ δέ μ' ἀπὸ σπλάγχνων μήτηρ ἀνέθηκε φέρουσα,
ἤματι τῷ, ὅτε κοῦρον ἑοῖς ἐπὶ γούνασι θεῖναι
παῖδα ποθεῦσ' ἱερῆς Ἄννης ἐμιμήσατο φωνήν·
„Κοῦρον ἐγὼ μὲν ἴδοιμι, Σὺ δ' ἕρκεος ἐντὸς ἐέργοις,
Χριστὲ ἄναξ, ὠδῖνος ἐμῆς ἐριθηλέα καρπόν.
Εἶπε· Θεὸς δ' ἐπένευσας, ὁ δ' ἕσπετο θεῖος ὄνειρος
οὔνομα μητρὶ φέρων . . .

Cui haec legenti non statim cum versibus Homericis imitatorum quoque — Callimachum Apolloniumque dico — in mentem venit? Si cogitata christiana dempseris, quid quaeso remanet quod Gregorio non Homero attribuas? Neque antiquos imitatus poetas eorum virtutes praesertim coluisse videtur. Longiorum carminum partes saepe nullo apto transitu coniunguntur. In carmine, quod modo citavi, omnia quae pertulit mala enumerans ter iisdem fere verbis ab uno ad aliud transit, quo nescio quid informe et languidum efficitur:

v. 165 Ἀλλὰ τὰ μέν κ' ἐπιεικτά. Τὸ δ' ἄλγιον ἕλκος ἔμοιγε,
ὅσσα . . . . ἔτλην,

[1] Carm. I. περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν, vv. 414/430.

v. 307 Ἀλλ' οὔπω τοιόνδε τοσόνδε τε ἄλγος ἀνέτλην,
v. 339 Ἀλλ' οὔπω τοιοῖσδε κακοῖς πάρος ἀντεβόλησα.

Saepius easdem res ad satietatem usque iterat; ea quae cantat nonnunquam adeo obscure ne dicam turbate designat, ut nisi post quintam, sextam lectionem ordinem aliquem vel adeo argumentum ipsum (velut in nonnullis partibus carminis I, in toto fere carmine XII, in aliis non paucis) invenire non potueris. Cuius quidem obscuritatis causa praecipua non tam in dicendi brevitate quam in verbositate quadam ponenda est. Certe sententias graviter versibus immiscere solet, facetias lepide iis aspergit. Quin immo Erasmus [1] „me a vertendo Gregorio, inquit, semper deterruit dictionis argutia et rerum sublimitas et allusiones subobscurae" et Bardenhewer [2] omne fere Gregorii ingenium poeticum in his brevioribus sententiis positum esse putat: „im übrigen sind es Gnomen, moralische Sprüche, gedrängte und gehaltvolle Lehrgedichte, welche Gregor gut gelingen . . ." In definiendis quoque explicandisque difficillimis de sanctissima Trinitate aliisque theologicis quaestionibus ut singulari quadam claritate ita etiam brevitate excellit. Verum huiusmodi quaestiones in nostris carminibus vix attingit. Ut primum autem illas materias relinquit nuda haec et arida brevitas interminatae fere cedit verbositati. Mirum videri potest sed tamen vere omnino dicitur, duas illas proprietates quae sese invicem excludere videntur brevitatem dico et verbositatem, in Gregorii operibus una inveniri. Digressiones immodicae, enumerationes infinitae legentem fatigant turbant ordinem. Scripsit quidem noster in carmine XXXIX cui titulus εἰς τὰ ἔμμετρα, nihil se lectori offerre quod longum est: [3]

μακρὸν δ' οὐδὲν οὐδ' ὑπερ κόρον,
ἀλλ' οὐδ' ἄχρηστον, ὡς ἐγῷμαι παντελῶς,

sed hoc nisi interpretandum esset ex moribus aetatis, qua

[1] Apud Migne, P. G. 35, col. 310. — [2] Bardenhewer, o. l. pag. 253. Cfr. cap. 1, pag. 2. — [3] Vv. 61/2.

homines orationes breves brevia carmina vocare solebant, ea quae nobis longitudine fastidium creant, a veritate alienum esse dicerem. Quod cum exemplis demonstrare non possim, quin ipse meis quoque lectoribus molestum me praebeam, ad numeros provoco. Gregorius satiram in malos episcopos scripsit.[1] Iure suo scripsit, erant enim in quos animadverti potuit. Usus est verbis acrioribus et vehementioribus. Veniam damus; res agebatur summi momenti. Sed, quaeso, quo iure qua venia impetrata per *octingentos et amplius versus* eos perstrinxit? — Explicat carmine, cui titulus εἰς τὴν ἐν ταῖς νηστείαις σιωπήν, quas ob causas anno 382 tempore quadragesimali[2] silentium egerit. Explicet. Verum, cur *ducentis* versibus explicat? — Queritur carmine primo,[3] quod inscribitur περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν, de tot tantisque animi doloribus quibus affectus est. Num opus erat *sexcentis triginta quattuor* versibus? — Defendit res Constantinopoli a se gestas; tragoediam scribit *duobus versuum milibus* constantem! Vereor equidem ne qui vel solos hos numeros inspiciat, antequam carmina legat, fastidium istud quod modo dixi iam in se obrepere sentiat. Quidquid est, facile fieri posse ut in tanta versuum ubertate ordo vel adeo argumentum ipsum quaesita aegre nonnunquam inveniantur, inventa bis terve amittantur unusquisque intellegit. Legitur in carmine XXXIX[4] poetam ideo versibus scripsisse, ne longus esset „χαμὼν τὸ μέτρον," quo quidem remedio — salva reverentia — parum videtur profecisse.

Dein, ne ullum unquam e longioribus carminibus absolvit atque perfecit. Neque id mirum est cum ea omnia nimia celeritate et quasi festinatione composuerit. Memineris velim quot versus quam exiguo temporis intervallo scripserit vir senex et infirmus! E tribus ultimis mensibus anni 381,

[1] Cfr. cap. 2, pag. 63, cap. 3, pag. 98. — [2] Cfr. cap. 2, pag. 69. — [3] Vide cap. 2, pag. 41 et al. cap. passim. — [4] Carm. all. vv. 33/37. Cfr. cap. 3, pag. 71, et cap. 1, pag. 24.

praeter versus quibus alia argumenta tractavit, plus quam tria versuum milia quos de se rebusque suis condidit supersunt. Neque id tantum tum agebat ut versus faceret. Kalendis Ianuariis anni 382 Caesareae longissimam illam et praeclaram sancti Basilii laudationem[1] habuit de qua Hürth[2] affirmare non dubitavit: „Omnium eius epitaphiorum copiosissimus, perfectissimus, elegantissimus est. Atque tantopere inter laudationes ceterorum oratorum excellit, ut apud Christianos vel etiam apud ipso paganos auctores vix similis inveniatur. Quid? Libanii celeberrimum illum epitaphium, si non superat, ei certe parem esse putandam hanc Gregorii orationem iudico."[3] Addas his operibus litterariis curam ecclesiae Nazianzenae aliaque negotia quae gerere coactus est. Quare qui de ingenio eius poetico scripserunt iure meritoque magnam eius versuum condendorum facilitatem laudaverunt, ut Christ[4] qui „mit leichter Feder,"[5] Baumgartner qui „mit spielender leichtigkeit" Gregorium versus fecisse scribunt. Etiam ipse poeta, ut iam Schubach[6] et Dubedout[7] adnotaverunt, in satira adversus Maximum scripta[8] id testatus est:

Γράφεις κατ' ἄνδρος, ᾧ γράφειν ἐστὶ φύσις
ὡς ὕδατι ῥεῖν καὶ τὸ θερμαίνειν πυρί.

Cui Gregorii de se testimonio aliud addere mihi liceat. Carmine quod ad Hellenium amicum misit,[9] quo monachos suos praefecto commendat, legitur:

ἦ τάχα κρείσσονα μισθὸν ἐμοῖς ἐπέεσσιν ὀπάσσοις,
πλείοσιν εὐμενέειν, οὐ δέκα δευομένοις,

[1] Or. 43. P. G. 36, col. 493/622. — [2] Hürth, o. l. pag. 56. — [3] Sibi contradicere videtur v. d. qui pag. 58/9 scripsit: „Hanc quam ... habuit orationem *postea* edidit," pag. 61 „edita est inter autumnum anni 381 et annum 382;" pag. vero 62 „Oratio Kal. Ian. habita et initio eiusdem anni edita est," — [4] Christ, Gr. Litt. pag. . — [5] Baumgartner, Geschichte der Welt-Litteratur. Herder Freiburg 1892. IV pag. 41. — [6] Schubach, o. l. pag. 9/10. — [7] Dubedout, o. l. pag. 112. — [8] V. 17. — [9] Carm. Hist. II, 1. Πρὸς Ἑλλήνιον περὶ τῶν μοναχῶν προτρεπτικόν, P. G. 37, col. 1451. vv. 15/19. Cfr. cap. 2, pag. 36.

οὓς μοι χθιζὸν, ἄριστε, ὑπέσχεο καὶ κατένευσας,
 οὐκ ὀλίγος ὀλίγῳ μακρὰ χαριζόμενος.

Heri igitur Hellenius amico promissum fecerat... *hodie* amico iam 368 versus praesto sunt...! De quorum tamen virtute noli anxie quaerere.

Attamen fatendum est, poetam huic nimiae scribendi celeritati nescio quandam facilitatem et agilitatem versuum debere. In omnibus fere longioribus carminibus centum, ducenti versus velut uno continuo tractu fluere videntur. Neque enim arido et lento animo erat sed iuvenilis quidam animi ardor et alacritas ad senectutem usque manebat. Testantur satirae quarum nimiam vehementiam improbavi, testantur e longioribus carminibus nonnullae partes carminis XI, velut nervosi illi versus quos in amicum [1] Basilium scripsit, testantur e brevioribus non pauca. Quo fit ut eo magis dolenda sit verbositas illa de qua dixi, cum non solum ea quae exilia et arida sunt carmina etiam duriora efficiat, sed pulcriora quoque (de longioribus tantum sermo mihi est) fere semper corrumpat.

Gregorii vim imaginandi, licet oratoris sicut aliorum Patrum graecorum vivida semper non raro infrenata sit, poetae tamen autobiographi non tantum ab antiquorum quieta, serena, *classica* visione discrepare sed ne vere poeticam quidem dicendam esse existimo. In tot versuum milibus paucissimos tantum invenies, quibus poetica quaedam visio veluti somnium de Pudicitia et Castitate [2] et illud quod de ecclesia Constantinopolitana [3] se vidisse finxit depingitur. Quorum alterum exempli causa hic referam.

Εὗδον δὴ γλυκὺν ὕπνον· Ἀναστασίαν [4] δέ τ' ὄνειρος
 στῆσεν ἐμοῖσι φέρων ἠματίοισι πόθοις·
ἡ πρώτη λόγον αἰπὺν ἐνὶ προπόδεσσι μένοντα
 ἤγαγεν ἐς κορυφὴν οὔρεος ἀκροτάτην·

[1] Vide cap. 3, pag. 89/92. — [2] Carm. XLV vv. 230/270 a. 368. — [3] Carm. XVI, vv. 1/51 a. 381/2. — [4] Ecclesia Const. Anastasia dicebatur.

τοὔνεκ' Ἀναστασίαν μιν ἐπίκλησιν καλέουσι
 νηὸν, ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀριστοπόνου.
Ἕζεσθαι δοκέεσκον ὑπέρθρονος, οὐχ ὑπέροφρυς,
 οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὄναρ τῖον ἀγηνορίην.
Οἳ δέ μοι ἀμφοτέρωθεν ὑφεδριόωντο γεραιοί,
 ποίμνης ἡγεμόνες, ἔγκριτος ἡλικίη·
οἳ δ' ἄρ' ὑποδρηστῆρες ἐν εἵμασι παμφανόωσιν
 ἕστασαν, ἀγγελικῆς εἰκόνες ἀγλαΐης.
Λαοὶ δ' οἳ μὲν ἔχυντο περισταδὸν, ὥστε μέλισσαι,
 κιγκλίδος· ἦν γὰρ ἀγὼν ἀσσοτέρω πελάσαι·
οἳ δ' ἱεροῖς προθύροισι περιστείνοντο ῥέοντες,
 οὔασιν ἠδὲ ποσὶν ἶσον ἐπειγόμενοι.
Ἄλλους δ' αὖτ' ἀγοραί τε πολυσχιδέες θ' ἅμ' ἀγυιαί,
 ποσσὶ κροαινόμεναι, πέμπον ἐμοῖσι λόγοις.
Αἳ δ' ἄρ' ἀφ' ὑψηλῶν τεγέων εὔκοσμον ἀκουὴν
 ἁγναὶ παρθενικαὶ κλῖνον ἅμ' ἐσθλογάμοις.
Καὶ τόδε νυκτὸς ἄθυρμα· διακριδὸν ἵστατο λαὸς
 μύθων ἡμετέρων εἰσαΐειν ποθέων,
ὃς μὲν δὴ χθαμαλὸν καὶ ἐπίδρομον ᾔτεε μῦθον·
 οὐ γὰρ ἄνω νεύειν ἤθελεν, οὐδ' ἐδάη·
αὐτὰρ ὅγ' ὑψιθέοντα καὶ εὔστροφον, οἷσι μεμήλει
 βένθε' ἀνιχνεύειν ἀμφοτέρης σοφίης,
ξείνης θ' ἡμετέρης τε. Βοὴ δ' ἑκάτερθεν ὀρώρει
 ἑλκομένοιο λόγου μαρναμένοισι πόθοις.
Αὐτὰρ ἐμοὶ στομάτων Τριὰς ἔῤῥεεν ἡ μονόσεπτος
 λαμπομένη τρισσοῖς κάλλεσιν οἰγομένοις,
φωνῇ τε στιβαρῇ, καὶ πνεύματος αἰθομένοιο
 οἴδματι, καὶ μύθων ἅλμασιν ἀντιπάλων.
Καί ῥ' οἳ μὲν πάλλοντο, καὶ ᾔνεον, οἳ δὲ σιωπῇ
 θάμβεον, οἳ δὲ λόγῳ τρόζον ἔθ', οἳ δὲ νόῳ
θνησκούσης ὠδῖνος ἀναυδέος, οἳ δὲ μάχοντο
 οἷα καθισταμένου κύματος ἐξ ἀνέμων.
Πάντας δ' εὐεπίη κατεκήλεεν, εὐφραδέας τε
 καὶ μύθων ἱερῶν ἴδμονας εὐσεβέων,
ἡμετέρους τε νόθους τε καὶ οἳ μάλα τηλόθι μάνδρης

τλήμονες εἰδώλων λάτριες ἀδρανέων.
Ὡς δὲ βότρυς λιαῇσιν ὑπ' ἀκτίνεσσι μελαγχθείς,
οὔτ' ὄμφαξ καθαρῶς ἠρέμα λυόμενος,
οὔθ' ὅλος ὥριός ἐστι, τὸ μὲν μέλας, ἄλλο δ' ἐρυθρός,
ἄλλο δ' ἄρ' αἰθαλόεις, ὄμφακα δ' ἄλλο ἔχει·
ὣς οἵ δηριόωντο πεπαινομένης κακότητος,
ἤδη καὶ ληνοῖς γήθεον εὐρυτέραις.
Ταῦτ' ἔχον· ἐκ δέ μοι ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων ἐτίναξε
γῆρυς ἀλεκτρυόνων, τῷ δ' ἅμ' Ἀναστασίαν.
φάσμα δὲ φάσματος εἶχον ἐπὶ χρόνον, αὐτὰρ ἔπειτα
καὶ τὸ φύγε κραδίην ἧκα μαραινόμενον.
Μοῦνον δ' ἄλγος ἔμεινεν ἐμοὶ καὶ γῆρας ἀνιγρόν.

Sequuntur quinquaginta versus, quibus infelicem sortem ecclesiae pastore orbatae suosque animi dolores deplorat. In hac elegia quae non Homerum, non Euripidem, non Callimachum sed ipsum Gregorium auctorem habet, nescio quid placidi et tranquilli et sobrii admiror. Mihi quidem etiam hoc carmen longitudine quadam peccare videtur, sed tamen Gregorium, si per totam vitam omni studio versibus condendis operam dedisset, magnum poetam futurum fuisse demonstrat.

Saepe inter multos versus qui parvi vel nullius pretii sunt, quasi subito ingenium poeticum sese prodit. Pulcri versus, pulcra cogitata sunt quae leguntur carmine I.[1]

Ἐξ οὗ γὰρ πρώτιστον ἀποτμήξας βιότοιο
ψυχὴν οὐρανίοισι νοήμασι μίξα φαεινοῖς,
καί με φέρων νόος αἰπὺς ἀπόπροθι σαρκὸς ἔθηκεν,
ἔνθεν ἀναστήσας, σκηνῆς δέ με κρύψε μυχοῖσιν
οὐρανίης, Τριάδος δὲ φάος περίλαμψεν ὀπωπὰς
ἡμετέρας, τῆς οὔ τι φαάντερον εἰσενόησα,
ὑψιθρόνου, ξυνόν τε σέλας καὶ ἄφραστον ἱείσης,
ἥ τ' ἀρχὴ πάντεσσιν, ὅσα χρόνος ὑψόθεν εἴργει·
ἐκ τοῦ δὴ κόσμῳ τ' ἔθανον καὶ κόσμος ἐμοί γε,

[1] Vv. 194/211.

καὶ νέκυς ἔμπνοός εἰμι, τὸ δὲ σθένος οἷον ὀνείρων.
Ζωὴ δ' ἄλλοθί μοι, στενάχω δ' ὑπὸ σαρκὶ παχείῃ,
τήν ῥα σοφοὶ καλέουσι νόου ζόφον. Ἰσχανόω δέ,
τῆςδε λυθεὶς βιοτῆς τε καὶ ὄψιος ἀχλυοέσσης
καὶ χαμαὶ ἐρχομένων, πλαζόντων πλαζομένων τε,
ἑσταότ' εἰσοράαν καθαρώτερον, οὐκετ' ἀμυδροῖς
μίγδην εἰδώλοισι πεφυρμένα, ὡς τοπάροιθεν,
οἷς τε καὶ ὀξυτάτοιο νόου πλάζονται ὀπωπαί,
αὐτὴν δ' ἀτρεκίην καθαροῦ νοὸς ὄμματι λεύσσων.

Nonnunquam duobus tribusve versiculis elegantissime rem depingit, legentium animos tenerrime afficit, velut de se uno filio parentibus superstite scribens:[1]

οἷς μοῦνος τεκέων περιλείπομαι, ἐλπὶς ἀμυδρή,
λαμπάδος ἐκ μεγάλης τυτθὸν σέλας, οὐκετ' ἐούσης.

Fluctuantem mundi felicitatem in eodem carmine his[2] versibus describit:

ὄλβος ἀφαυροτάτοισιν ὁμοίϊος ἴχνεσι νηός,
πρόσθε χαρασσομένοισι καὶ ὀλλυμένοισιν ὄπισθεν.

Verum universe maior Gregorii vis in minoribus carminibus posita est. Rhythmum quietum admiror „precationis matutinae:"[3]

Ὄρθρος δίδωμι τῷ Θεῷ μου δεξιάς,
μηδὲν σκοτῶδες ἢ δράσειν ἢ αἰνέσειν,
ἀλλ' ὡς μάλιστά Σοι θύσειν τὴν ἡμέραν,
μένων ἄσειστος, καὶ παθῶν αὐτοκράτωρ.
Αἰσχύνομαι τὸ γῆρας, ἂν κάκιστος ὦ,
καὶ τὴν τράπεζαν ἧς παραστάτης ἐγώ.
Ὁρμὴ μὲν αὕτη, Χριστέ μου· σὺ δ' εὐόδου.

et illius quam eadem die vespere scripsit:[4]

Ἐψευσάμην Σε, τὴν ἀλήθειαν, Λόγε,
Σοὶ τὴν παροῦσαν ἡμέραν καθαγνίσας.
Οὐ πάντα φωτεινόν με νὺξ ἐδέξατο.

[1] Carm. IV, V. 108. — [2] Vv. 94/5. — [3] Carm. XXIV εὐχὴ ἑωθινή P. G. 37, col. 1284. — [4] Carm. XXV, πρὸς ἑσπέραν θρῆνος ib. col. 1285.

Ἦ μὴν προσηυξάμην τε καὶ τοῦτ' ᾠόμην·
ἀλλ' ἔστιν οὗ μοι καὶ προσέπταισαν πόδες·
ζόφος γὰρ ἦλθε βάσκανος σωτηρίας.
Λάμποις τὸ φῶς μοι, Χριστέ, καὶ πάλιν φανείς.

Non hexametra, disticha, trimetra iambica tantum, sed etiam alia metra quandoque apte adhibet. Exemplum habemus carmen XXX, quod lepide incipit ab his versibus:

Ἦ πολλὰ, πολλὰ γίνεται
μακρῷ βίῳ βροτοῖς,
τλητὸν δ' ἅπαν, ὅ κεν φέροι
βίον στρέφων Θεός. [1]

Placet carmen LXXVIII [2] cuius quaterni versus ex pentametro et trinis iambis constat.

Ἔργον ἔχεις ψυχή, καὶ μέγα ἣν ἐθέλῃς·
ἔρευνα σαυτὴν ἥτις ᾖ, καὶ πῇ στρέφῃ,
ὅθεν προῆλθες καὶ ὅπῃ στῆναί σε δεῖ·
εἰ ζῆν ὅπερ ζῇς τοῦτο, ἤ τι καὶ πλέον.
Ἔργον ἔχεις ψυχή, τοῖσδε κάθαιρε βίον·
Θεὸν νόει μοι καὶ Θεοῦ μυστήρια·
τί ἦν πρὸ παντὸς καὶ τί σοι τὸ πᾶν τόδε·
ὅθεν προῆλθε καὶ ὅποι προβήσεται.

Quod si Gregorius in carminibus autobiographicis longus est neque vi imaginandi neque orationis elegantia excellit, simplici tamen et nativa ratione qua animi sensus exprimit legentium animos saepissime ad vivum tangit. Id quod desiderat, abhorret, dolet, gaudet candide et sincere versibus persequitur. Quod vel maxime in iis carminibus cernitur, quae licet prae brevitate non omnia vere et proprie autobiographica recte dicantur, haec tamen et supplent saepe et explicant, cum quid quovis fere temporis puncto senserit, expertus sit, bene vel male fecerit, erraverit, peccaverit poeta in iis aperiat. Recte Misch [3] ea „ein poetisches Tagebuch" vocat et Schubach [4] eleganter: „sicut

[1] Cfr. Carm. XXI, εἰς τὸν πονηρόν, cap. 2, pag. 30. — [2] Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. P. G. 37, col. 1425. — [3] Misch. o. l. pag. 386. — [4] Schubach, o. l. pag. 9.

hedera, inquit, luxurians interdum senescentem aliquam arborem complexibus circumplicatur perpetuis usque ad ipsum morientem arboris verticem ascendens, ita elegiaca carmina vatem nostrum ... usque ad extremam aetatem quasi deducunt atque comitantur." Si quaeris quaenam sit carminum horum velut propria et singularis nota, equidem eam in summa quadam cum suavitate et humilitate coniuncta animi moestitia positam esse censeo. Exemplo sit e longioribus prior pars carminis XLV. [1] Monachus in desertis locis asceticae vitae incumbens quotidianum illud certamen, quod qui ad summam sanctitatis perfectionem hoc vitae genere adspirant sibi gerendum esse ad unum omnes testantur, sustinuit. Quo certamine „septies cadit iustus, sed resurget," [2] ut aliquando perfectus Christianus existat. Gravius non raro est homini infirmo, quem „taedet saepe sic quotidie vivere in lite." [3] Quod cum accidit, nisi ad Christum simul oculos converterit, animus eum deficiet. Gravissimum istud spiritus adversus carnem certamen Gregorius hac elegia sibi gerendum esse et ad satietatem usque gerendum esse conqueritur.

Summa quadam tristitia poetae animus afficitur:

Δύσμορος, οἷα πάθον; τίς μοι γόος ἄξιος ἔσται;
τίς πήγη δακρύων ἄξιος, οἷα μέλη;
οὔτε μόρον παίδων τις ἑῶν ἐκλαύσατο τόσσον
ἢ κεδνῶν τοκέων ἠὲ φίλης ἀλόχου,
οὐ πάτρην γλυκερὴν μαλερῷ πυρὶ τεφρωθεῖσαν,
οὐ νούσῳ στυγερῇ ἅψεα τειρόμενα,
ὅσσον ἐγὼ ψυχὴν ὀλοφύρομαι αἰνὰ παθοῦσαν,
φεῦ τάλας, ὀλλυμένης εἰκόνος οὐρανίης.

Nam cum spiritualis homo ut ipsam veritatem purissimo mentis oculo intueatur, ad res divinas adspirat, ... caro trahit deorsum. Imago Dei ad peccatum trahitur!

Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐφύλαξα Θεοῦ μυστήρια κεδνά,

[1] Vide cap. 2, pag. 44. — [2] Prov. 24, 16. — [3] Thom. a Kemp. Imit. Chr. 3, 20.

μύστιν ἔχων ψυχὴν οὐρανίης ἀνόδου,
ἀλλὰ κάτω βρίθει με χοὸς πάχος, οὐδ᾽ ἐδυνάσθην
ἰλύος ἐξαναδὺς ἐς φάος ὄμμα βαλεῖν.
Ναὶ βάλον· ἀλλὰ μέσον νέφος ἵστατο ὄσσε καλύπτον,
σὰρξ ἐπανισταμένη πνεύματι σὺν χθονίῳ.
Εἰκών εἰμι Θεοῖο, καὶ ἕλκομαι ἐς κακότητα.

Duplex enim lex hominis membris insita est... unde tristissimum oritur certamen, quo modo spiritus modo caro vincit.

Ἠ μὲν καὶ γοάω καὶ εὐχωλῇσιν ἄνακτα,
ὃς πάντων κρατέει καὶ ζυγὰ πᾶσι φέρει,
λίσσομ᾽ ὑπὲρ ψυχῆς καὶ σώματος ἀμφοτέροισιν
εὐμενέως δικάσαι καὶ πόλεμον σκέδασαι.

At preces, ieiunium, flagellationes, omne poenitentiae genus adhibeas... non cessat pugna:

ὥστε φυτὸν παλάμῃσι μεθελκόμενον κομέοντος,
γυροῦται προτέρην ἔμπαλιν ἐς κακίην.

Suavis et paene dixi dulcis quaedam moestitia plurimis carminibus inest. Non illam dico indefinitam atque indescriptibilem animi affectionem qua poetae nostri non pauci sive Heinio duce tristitiam tenebrosam, quam nomine subobscuro „Weltschmerz" indicant, sive cum Lamartinio suam religiositatem cantare solebant, neque eam veluti desperantium tristitiam quae dubitationibus orta infelicem animum summarum rerum incertitudine atque ignorantia vexat, multo etiam minus superbam et execrabilem melancholiam, qua rapti hodierni pessimismi vates se mundum, homines, vitam, seipsos odisse, nullam laetam diem, omnia tristia, omnia male esse praedicant, sed eam potius animi moestitiam intellego cuius querimoniis et suspiriis in Veteris Testamenti libris cum aliis tum praesertim psalmis tam saepe commovemur. Misera est vita hominum: „Homo natus e muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis... qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut umbra et nunquam in eodem statu permanet." [1] Ipse

[1] Iob. 14.

homo sua hisce doloribus addit peccata... „Peccavi et malum coram Te feci... et peccatum meum contra me est semper... Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea." [1] Sed non frangitur patiens dolorum. „Scio enim quod Redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum;" [2] neque desperat, quia „miserator et misericors Dominus... non secundum peccata nostra fecit nobis... quantum distat ortus ab occidente longe fecit a nobis iniquitates nostras." [3] His doloribus vitae tum naturalis, morbis, calamitatibus, morte, iniuriis, calumniis; tum supernaturalis, tentationibus, desolationibus, peccatis, tener et mollis Gregorii animus quam vehementissime afficitur.

Χριστὲ ἄναξ, τί τόσοις με κακοῖς διέπερσας ἄνωθεν,
ἐξότε μητρὸς ὄλισθον ἐμῆς ἐπὶ μητέρα γαῖαν;
τίπτε τόσοις ἀχέεσσι... βέβλημαι;
εἰς δέ με πάντας
Σῆς γλυκερῆς παλάμης πικροὺς ἐκένωσας ὀϊστούς.
Ἄλλος Ἰὼβ νέος εἰμί· τὸ δ᾽ αἴτιον οὐκέθ᾽ ὁμοῖον.
Οὐ γὰρ ἀεθλεύσοντά μ᾽ ἄγεις, μάκαρ, ὥς τιν ἄριστον...
ποινὴν δ᾽ ἀμπλακίης τίνω τάδε... [4]

Hic peccatorum veluti cruciatus senem usque comitatur:

Ἐκ μέν μοι μελέων σθένος ὤλετο, οὐ δέ τι γοῦνα
ἕσπεται· ἀλλά μ᾽ ἔλυσε χρόνος, καὶ νοῦσος ἀνιγρή,
τηκεδάνη τε μέριμνα, φίλοι τ᾽ ἄφιλα φρονέοντες...
εἴκειν δ᾽ οὐκ ἐθέλουσιν ἁμαρτάδες, ἀλλ᾽ ἔτι μᾶλλον
στείβουσ᾽ ἀδρανέοντα... [5]

[1] Ps. 50. — Dixeris ea eiusque modi verba e memoria excidisse Mischio haec scribenti (p. 400.): „Gregor hält hier (= in quodam carmine) jeden Miszton fern und versagt sich den auch bei ihm sonst üblichen *Kynisch-Katholischen* Hinweis auf die Unreinheit von Zeugung und Geburt". Certe multo antequam Antisthenis discipuli cynicorum placita docuerunt, hanc opinionem in sacris Iudaeorum libris scriptam esse viri docti, cuicunque coetui religioso addicti sunt, ad unum omnes testantur. — [2] Iob. 19. — [3] Ps. 108. — [4] Carm. XIX, vv. 9 seqq. P. G. 37, col. 1271. — [5] Carm. XXII, vv. 16 seqq. ib. col. 1281.

Modo mortem desideratam fugere lamentatur [1]

ʼΩμοι ἐγὼν ὅτι δή με πρὸς οὐρανὸν ἠδὲ Θεοῖο
χῶρον ἐπειγόμενον σῶμα τόδʼ ἀμφὶς ἔχει,

modo Dei iudicium quod mortem sequitur timet: [2]

Παρῆλθον ἄνθη, καιρὸς ἤγγικεν θέρους.
Λευκὴ δέ μοι θρὶξ ἡ δʼ ἅλως καλεῖ στάχυν·
ἀπῆλθεν ὄμφαξ, ἡ τομὴ δὲ πλησίον.
Ληνὸς πατεῖται τῶν ἐμῶν ἤδη κακῶν.
Φεῦ ἡμέρας μοι τῆς κακῆς· ἣν ποῦ φύγω;
καὶ τίς γένωμαι;

Penitus poetae dolorem persentimus ad Deum clamantis

ἦ ἄρα μούνῳ
οἶκτος ἀπεκλείσθη Σῷ λάτρι Γρηγορίῳ; [4]

Quin etiam desperantis hominis esse dixisses versus hos [3]

ʼΕγγὺς ἀγὼν βιότοιο· κακὸν πλόον ἐξεπέρησα,
ἤδη καὶ στυγερῆς τίσιν ὁρῶ κακίης,
τάρταρον ἠερόεντα, πυρὸς φλόγα, νύκτα βαθεῖαν,
τῶν νῦν κρυπτομένων αἶσχος ἐλεγχόμενον,

nisi poeta iis addidisset

ʼΑλλά, Μάκαρ, ἐλέαιρε καί, ὀψέ περ, ἐσθλὸν ὀπάζοις
ζωῆς ἡμετέρης λείψανον εὐμενέων.

Continuatur per totum fere librum tristis hic et lugubris sonus. Carmina sibi succedunt, quibus tituli θρῆνος, σχετλιαστικὸν ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ παθῶν, πόθος τοῦ θανάτου, θρῆνος διὰ τῶν αὐτοῦ μόγων καὶ πρὸς Χριστὸν δέησις περὶ λύσεως τοῦ αὐτοῦ βίου, θρηνητικὸν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, θρῆνος πρὸς τὸν Χριστόν. Nonnunquam vehementius dolorem effundit, acrius queritur:

. . . καὶ ποθῶ λύσιν κακῶν·
τῶν μὲν παρόντων εἰμὶ πάντων ἔμπλεως,
πλούτου, πενίας, χαρμονῶν, οὐ χαρμονῶν,
δόξης, ἀτιμίας τε, δυσμενῶν, φίλων·

[1] Carm. XLIV, vv. 1/2, P. G. 37, col. 1384. — [2] Carm. LXXII, vv. 1/6, ib. col. 1419. — [3] Carm. XXVII, v. 14/15, ib. 37, col. 1287. — [4] Carm. LXXIII, vv. 1/6, ib. col. 1420.

τῶν δʼ οὐ παρόντων εὔχομαι πεῖραν λαβεῖν.
Πέρας λόγου· τολμῶ δέ, καὶ δέχου λόγον·
εἰ μηδέν εἰμι, Χριστέ μου, τίς ἡ πλάσις;
εἰ τίμιός Σοι, πῶς τόσοις ἐλαυνόμαι; [1]

Vel etiam:

Τίς ἡ τυραννίς; ἦλθον εἰς βίον· καλῶς.
Τί δὲ στροβοῦμαι ταῖς βίου τρικυμίαις;
ʼΕρῶ λόγον θρασὺν μέν, ἀλλʼ ὅμως ἐρῶ·
εἰ μὴ Σος εἴην, ἠδίκημαι Χριστέ μου. [2]

Verum *erat* Christi! Fiducia et spes affectiones temperant:

ʼΑλλὰ σάω με, σάω με, Θεοῦ Λόγε, ἐκ δέ με πικρῆς
ἰλύος ἐξερύσας ἐς βίον ἄλλον ἄγοις,
ἔνθα νόος καθαρός Σε φαάντατον ἀμφιχορεύει,
μηκέθʼ ὑπὸ σκιερῆς κρυπτόμενος νεφελῆς. [3]

Gregorii animi candor, ut causa est ob quam in carminibus quae asceticae vitae rationi congruunt nimia interdum tristitia afficitur, ita efficit, ut poeta in illis quibus vitia perstringit vel ab inimicis se defendit vi atque impetu quae modum excedunt nonnunquam rapiatur. [4] Scripsit id quod sensit, quod autem sensit id intime sensit. Carmina quae tribus ultimis mensibus [5] anni 381 in mediis calumniis

[1] Carm. XXXI, vv. 5 seqq. P. G. 37, col. 1300. — Carm. LXXIV, vv. 1/4, [2] ib. col. 1421. — [3] Carm. LXXXVII vv. 21/25. ib. col. 1434. — [4] Memineris velim versuum, quos in amicum Basilium scripsit; vide cap. 3, pag. 89 seqq. — [5] Misch Gregorii animum et sensus ex his polemicis carminibus depinxit, quo quominus lector falsam de Gregorio opinionem habere coeperit vitari nequit. Nimirum eum hominem superbum, vehementem, infenso in inimicos animo fuisse putabit. „Sein stolzes Selbstgefühl gibt er hinein in den Ausdruck seines unbefriedigten Verlangens nach heiligen Wirken und Verteidigung des rechten Glaubens. Er erzählt von einem Traum, in dem er den Glanz und die Wirksamkeit seiner Predigt noch einmal genosz, um dann erwachend doppelt von Schmerz und Kränkung ergriffen zu werden. In maszlosen Invektiven und bitterer Satire wendet er sich gegen seine Feinde, die neidischen, unwissenden, scheinheiligen „Glaubensverfälscher," die selbstischen Komödianten auf dem Bisschofssitz, rückt ihnen seine eigene Bedeutung vor, droht ihnen mit den Strafen des jüngsten Gerichtes. Er versenkt sich in seinen Schmerz, bezeichnet sich als ein von Freund und Feind verfolgtes Wild und peinigt sich mit dem Gedanken an die Schadenfreude seiner triumphierenden Gegner und des Unwürdigen, der jetst an seiner Stelle steht.

et iniuriis, in summo ecclesiae orientalis discrimine condidit eum, quamvis mollibus et teneris querelis animi dolores expresserit, non minoris tamen roboris quam mansuetudinis hominem fuisse (id quod ceteroquin ex orationibus aliisque documentis certum est) per se sola demonstrant. In

---

Oder er behauptet wiederum seinen Stolz, indem er die Entfernung aus der unseligen Haupstadt freudig begrüsst, das freiwillige opfer seiner Abdankung ins Licht stellt, sich der Unsterblichkeit seiner Reden und der Grösze seines Leidens versichert" (pag. 388. cfr. p. 386/389). Sane Gregorium in his carminibus vehementiorem fuisse non ego negabo neque defendam omnia eius verba. Sed tamen gravis iniuria esse videtur hominem aliquem cuius permulta opera ad nos pervenerunt ex iis tantum carminibus quae in medio certamine condidit depingere. Quae iniuria eo gravior est quo breviore vitae spatio carmina haec polemica scripta sunt, (annis 380/1) quod spatium procu dubio brevius est quam quo homo qui septuaginta et amplius annos vixerit cognoscatur! — Dein Misch non pauca Gregorii verba si non falso tamen neque recte interpretatus est. Qui enim scripsit: „er erzählt von einem Traum... ergriffen zu werden" is profecto poetae animi affectiones attribuit quae in ipsa elegia XVI de eccl. Anast., qua hoc somnium narratur (vide pag. 124) non leguntur. Verba „er versenkt sich in seinem Schmerz, bezeichnet sich als ein von Freund und Feind verfolgtes Wild" alio prorsus modo legentem afficiunt quam quod legitur in carmine a Mischio allato:

Μετῆλθον, ἦλθον, ἔρχομαι· μίξις μ' ἔχει
τρόμου χαρᾶς τε· τοὐμὸν ἐτάζω βάθος,
μήτι χρεωστῶ, Χριστέ μου· πλὴν ἔρχομαι
ζωὸν διωχθὲν ἐν βίῳ, μάλιστα δὴ
ἐχθροῖς φίλοις τε, συνθύταις, ἀντιστάταις.
Τὰς Σὰς πεσεῖν εἰς χεῖρας αἱρετώτερον,
ἢ τῇδε μοχθεῖν τοῖς φθόνου παλαίσμασι.

Ad verba vero *„er peinigt sich mit dem Gedanken an die Schadenfreude* seiner Gegner und *des Unwürdigen der jetzt an seiner Stelle steht,"* cfr. haec Greg. verba:

Carm. III Τριὰς λαλοῖτο, καὶ καταρτίζοι λόγον
ἄλλος τις, ὅσπερ ἄξιος. Θρόνων δ' ἐγὼ
εἴξω...

Carm. VI, v. 8 ...τῶν δ' ἐμῶν τέκνων τυχόν
ἄλλοι κατασκιρτῶσι, πιθανοῖς λόγοις
συναρπάσαντες.

Carm. VII, v. 5 Ἂν ἄλλον εὕρητ' ἀντ' ἐμοῦ, τιμήσατε.

Carm. X, v. 11 ποῖα δίκη, ...
ἄλλον δ' αὖ μοχθοισιν ἐμοῖς ἐπὶ θυμὸν ἰαίνειν, ...

Carm. XII, v. 818 Ἄλλον τιν' εἰ λάβοιτε Γρηγόριον, φίλοι,
φειδοῖσθε μᾶλλον· εἰ δὲ μή, τὸ δεύτερον,

malos episcopos, qui munere sancto prorsus indigni populum inscitia ac vitiis suis a Dei cultu avellere potius quam ad eum trahere solerent, ira et indignatione commotus conviciis saepe usus est. E quibus, cum nullius fere pretii sint, unum tantum exemplum afferam. Carmine XII vv. 152/175 quinam homines sua aetate nonnunquam episcopi crearentur describit:

...καὶ γὰρ ἦν αἶσχος μέγα
τούτων τιν' εἶναι τῶν καπήλων πίστεως.
Ὧν οἱ μὲν ὄντες ἔκγονοι φορογράφων,
οὐδὲν φρονοῦντες τοῦ παρεγγράφειν πλέον,
οἳ δ' ἐκ τραπέζης τῶν τ' ἐκεῖσ' ἀγαλμάτων,
οἳ δ' ἐξ ἀρότρων ἡλίῳ κεκαύμενοι,
οἳ δ' ἐκ δικέλλης καὶ σμινύης πανημέρου·
ἄλλοι δὲ κώπην ἢ στρατὸν λελοιπότες,
ἄντλον πνέοντες ἢ τὸ σῶμ' ἐστιγμένοι,
λαοῦ κυβερνῆταί τε καὶ στρατηλάται
πεφήνασ' οὐκ εἴξουσι καὶ μικρόν ποτε.
Ἄλλοι δὲ τεχνῶν ἐμπόρων τὴν ἀσβόλην
οὔπω τελείως σαρκὸς ἐκνενιμμένοι
μαστιγίαι τε καὶ μυλώνων ἄξιοι,
πρὶν καὶ τὸ τίμημ' εἰσενεγκεῖν δεσπόταις,
μικράν τιν' ἂν εὕρωσι παῦλαν τῶν πόνων
ἔπειθ' ὑπερμαζῶσι, καὶ δήμου τινάς
κλέψαντες ἢ πείσαντες ἢ τυραννικῶς
ἄνω τρέχουσι, κάνθαροι πρὸς οὐρανόν,

εἴητε καλοὶ κἀγαθοὶ τοῖς πλησίον,
. . . .
ἣν τ' αὐτος ἐσπούδαζον εἰρήνην, ἀεὶ
στέργοιτ'...

Haec sunt quae G. in carminibus suis de successore dixit. Quae si Misch legisset profecto Gregorio non tam viles sensus attribuisset, si autem non legit, cur eum accusavit? Conferantur insuper omnes Greg. epistulae ad Nectarium datae quibus amicissime cum eo agit, eique gratulatur quod episcopus Const. eccl. electus est; ep. 88, P. G. 37, col. 161; 91, 165; 151, 256; 185, 304; 186, 305; 202, 329.

πόλον στρέφοντες, οὐ τὸν ἐκ κόπρων ἔτι,
οὐδ' ἐξόπισθεν, ὡς τὸ πρίν, νενευκότες,
αὐτῶν δ' ἔχειν δοκοῦντες τῶν ἄνω κράτος·
ἀριστερὰ λαλοῦντες, οὐδε τοὺς πόδας
αὐτῶν ἀριθμεῖν εἰδότες ἢ τὰς χέρας.

Fatendum tamen est eum praeter Maximum, hominem scelestum et impium qui ab omni Ecclesia orientali damnatus fuerat, neminem in satiris suis nomine indicasse.[1]

Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ τοὺς λόγους ποιήσομαι,
τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν ἃ κρύπτειν χρεών.
. . . .
'Αλλ' οὐδὲ πάντων ἐξ ἴσης μεμνήσομαι,
πολλοὺς γὰρ οἶδα καὶ λόγου τοῦ κρείσσονος.

Si pauca carmina minoris ambitus et partes nonnullas carminis XI excipis, carmina haec apologetica omnia Gregorianae orationis vitia quae supra denotavi sine eius virtutibus prae se ferunt. Quare iis diutius immorari operae pretium non est. Hoc tantum iis quae de Gregorii verbositate dixi addendum est, carmen XI quamvis sit longum aptissima tamen materiae divisione et affectionum varietate satis magna non isto quod alia carmina longiora creare solent fastidio legentem fatigare.

Carminum iudicii finem faciens ea quae Schubach in opusculo saepius laudato de Gregorii elegiacis carminibus scripsit in memoriam revoco. Contendit „Gregorium nostrum nova quadam et eminenti ratione elegiae subiectivae, quam vocant, poetam et existimandum et appellandum esse."[2] Etenim „peculiaris elegiaci poetae provincia est, ut animi quocunque affectu commoti sensus neque tam praesentes, quam aliquo temporis intervallo interiecto repraesentatos describat et quasi depingat. Sed lyrici elegiacique veteres Graeci et Latini illos praecipue motus exprimunt, qui et extrinsecus magis i. e. a rebus

[1] Carm. XII, vv. 21 seqq. — [2] Pag. 15.

quae extra nos sunt orti, et naturaliter animum afficiunt. Vides igitur eos in huius vitae fugacitate et molestiis deplorandis et in dolore, qui ex morte carorum concipitur, exprimendo versari, amorem patriae, amicitiae laeta commercia, conviviorum hilaritatem, sapientiae laudem, amoris gaudia acerbitatesque canere; ultra hos fines non progrediuntur, neque datum est eis, in ipsos animi regressus et quasi abyssos descendere. E contrario Gregorio poetae principalis materia est et ipse animus atque ea, quae animus sentiat ac de ipso meditetur, et vita recondita, qua anima nostra cum Deo coniuncta est."[1] Quae quidem verba de iis carminibus quae Gregorii asceticae vitae rationi congruunt vere scripta esse, tum notitia carminum poetarum antiquiorum tum exempla hoc capite a me allata satis superque probant. Nostra dein aetate Georg Misch, qui totum „autobiographiae" progressum atque evolutionem enarravit, tria longiora Gregorii carmina, I, XI, XLV instituta cum antiquioribus scriptis autobiographicis comparatione, his verbis iudicavit: „Gemeinsam ist diesen Dichtwerken eine neue künstlerische Stellung zur autobiographischen Aufgabe. Die für ein Kunstwerk notwendige Distanz von der partikularen Wirklichkeit war in den früheren griechischen Autobiographien, soweit sie literarisch sein wollten, durch bequeme Idialisierung erreicht worden, wenn es nicht überhaupt nur auf Zurschaustellung der Redekunst abgesehen war. Das macht nun bei Gregor einem *reflektierenden* und *gefühlsmässigen* Verhalten Platz, welches schon rein formal, durch das dichterische Gewand, und dann durch die Anknüpfung an algemeine Ideen über Welt und Leben sich in einer befreienden, heiteren Ferne von den eigenen Erlebnissen erhält, zugleich aber immer wieder diese überlegene spielende Haltung aufgibt, um sich in die erinnerte und durch die Phantasie gesteigerte

[1] Pag. 11.

Leidenschaft als einen gegenwärtigen Affekt voll hineinzulegen. So wird die Stellung der Autobiographie zwischen dem Ernst des Lebens und der hellen Sphäre der Dichtung künstlerisch verwertet."[1] Tum carmen XI „der Tyche-Rede des Libanios . . . , die keine zehn Jahre zurücklag" opponens sic pergit: „Aber da wird dann der ganze Abgrund sichtbar, der von dem in seiner zugespitzten, fein verästelten Egoität erstarrten Redevirtuosen den Menschen trennt, der die Rhetorik nur nicht entbehren kann: ihm werden in seiner innerlichen Lebendigkeit alle Begebnisse zu leidenschaftlichen Erfahrungen des Herzens und alle Schicksale zu erschütternden Begegnungen mit anderen Menschen."

Quae cum ita sint, Gregorius etiamsi in nostris carminibus ob carminum proprietates formamque poeticam, ad quas neque Schubach neque Misch animum attenderunt, magnus poeta dici nequeat, tamen de universa poesi optime meritus est. Veluti novam enim materiam poesi elegiacae praebuit et simplicem sensuum exprimendorum modum, quem carminum de quibus dixi propriam ac singularem notam esse demonstrare mihi visus sum, affectato rhetorum scribendi generi substituit.

---

[1] Misch, o. l. pag. 387.

THESES.

THESES.

I

In Gregorii Nazianzeni anno natali constituendo non audiendi sunt illi, qui carminis περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον versus

512/3 οὔπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος,

ita interpretantur (cfr. Billius, Clemencet, alii P. G. 37, col. 1063/4):

nondum tot anni sunt tui quot iam in sacris
mihi sunt peracti victimis;

sed illi qui cum v. d. Stilting (Act. Sanct. Sept. III pag. X) versus allatos ita vertunt:

nondum rationem habuisti vitae tam longae,
quantum mihi praeteriit sacrificiorum tempus.

II

Iniuria Dubedout censet (De s. Greg. Naz. carminibus. pag. 19) Gregorium iam inde a iuventute id sibi proposuise ut olim poesin christianam instauraret.

III

In Gregorii carminibus quae inscribi solent περὶ ἑαυτοῦ complura feruntur non eo consilio a poeta condita ut in lucem ederentur.

IV

Gregorius carmen cui titulus περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ideo scripsit ut se neque illegitime episcopum Constantinopolitanum esse creatum neque invitum hunc episcopatum abdicasse demonstraret.

V

Greg. L. II sect. 2 carmen XII non est appendix carminis XI, uti placuit v. d. Tollio, sed satira in malos episcopos scripta.

VI

Eiusdem libri carminis XXXIX versu 64:

τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἔκτοθεν

verbis τῶν ἐμῶν non carmina autobiographica sed ea quorum argumenta e rebus christianis desumpta sunt significantur.

VII

Iniuria biographi Aristophanis antiqui poetam propter civitatem usurpatam in ius vocatum damnatumque esse tradunt.

VIII

Operi Thucydideo cap. 84 libri III vindicandum est.

IX

Rite Fox Demosthenis orationem περὶ τοῦ στεφανοῦ ita in duos partes distribuit, ut alteram partem duobus membris partis prioris interponeret.

X

Reicienda est opinio v. d. De la Rousselière (une tragédie antique sur la Passion. Paris. Poussielgue 1905, pag. 3 seq.) fabulam quae inscribitur Χριστὸς πάσχων Gregorio Antiocheno adscribentis.

XI

Caesarius quattuor dialogos qui sub eius nomine circumferuntur non scripsit.

XII

Persius Satir. I vv. 22/3:

Tun, vetule auriculis alienis colligis escas,
auriculis quibus et dicas cute perditus: „ohe"?

Lectio codd. servanda est.

XIII

Propertius II carm. XXXIV v. 26:

Solum te nostros laetor adire deos.

Solum explicandum est: sine carminibus amatoriis.

XIV

Ib. vv. 83/4.

Nec minor his animis, aut sim minor ore canorus
anseris in docto carmine cessit olor,

emendatione non indigent.

XV

Ib. vv. 67 seqq., vv. 77 seqq.
Poeta his versibus non Lyncea sed Virgilium significat.

XVI

Tac. Ann. XV, 44: Igitur primum correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt.

Verba: Igitur primum correpti qui fatebantur" cum Stiglmayer (Stimmen aus M. L. 1910, 2, pag. 169/185) sic explicanda sunt: Igitur Imperator Christianos „reos subdere" cupiens (Annal XV, 44) nonnullos homines perversos se et Christianos esse et urbem incendisse fateri iubet.

XVII

Oportet ab *opositet* ductum est.

XVIII

Athenis actio βουλεύσεως τραύματος dabatur in eum qui aliquem instigaverat, ut alteri vulnus inferret.

XIX

Tempore liberae rei publicae Romanae nomine perduellionis quodvis facinus capitale significabatur.

XX

Xenophon ante annum 394 ab Atheniensibus patria privatus est.

XXI

Studium epistularum scriptorum qui saeculo IV floruerunt christianorum in perquirendis rerum hominumque rationibus illius aetatis plus aequo neglectum est.

XXII

Windelband (Gesch. d. Griech. Phil. Arist. § 42) discrimen quod apud Aristotelem intercedit inter intellectum qui παθητικὸς νοῦς dicitur et intellectum κατὰ δύναμιν neglexit.

XXIII

Templum Nazianzenum a Gregorio Theologo descriptum (or 18 no. 39) tholo tegebatur.